



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio II. De modo vnionis Verbi Incarnati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

afferunt verò venturum, si peccassent prædestinati. Alij aliter censent.

Videtur probabilius Christum non venturum, si fuissent sola peccata actualia.

92.

Quamuis autem nihil certò possit in alterutram partem constitui, videtur probabilius dicendum vniuersaliter Christum non venturum fuisse, si fuissent sola peccata actualia, siue venialia, siue mortalia; nam scriptura & Patres insinuant primariam causam & occasionem aduentus Christi fuisse peccatum naturæ, ad cuius deletionem primario venit, & ut ea nobis restituerentur, quibus propter peccatum originale eramus priuati: secundario autem, ut si in peccatum laberemur, mereretur nobis, ut possemus resurgere per penitentiam. Ergo deficiente peccato, quod in omnes posteros foret transfundendum, defecisset motuum primarium decreti Incarnationis, quod Deus reipsa habuit; & proinde verius est eo casu Christum non fuisse venturum. Est tamen verisimile Deum alijs modis prouidurum ijs, qui in peccatum lapsi fuissent.

93.

Satisfit Patribus, qui in contrarium adferuntur.

Nec obstant dicta quorundam Patrum, qui videntur docere Christum pro vnoquoque venisse &c. quia nolunt docere quod fuisset venturus si fuissent sola peccata actualia, sed quod reipsa venisset pro delendis singulorum peccatis, quia deletio peccatorum actualium saltem pertinet ad finem secundarium Incarnationis. Nec amplius vult Apostolus ad Gal. 2. dicens, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Vult enim Christum se ipsum reipsa tradidisse pro delendis etiam peccatis actualibus hominum, & ita posse singulis prodesse, ac si pro illis solis venisset. Vnde singuli non minores gratias Deo agere debent, quam si pro illis solis Verbum carni sumpsisset.

Quod de Sancto Carpo asserri solet, non vrget: quia Christus solum ei dixit se paratum iterum pro hominibus pati, si opus foret: in quo solum declarauit animi sui promptitudinem, non verò quid reipsa futurum esset, non existente peccato originali.

ARTICVLVS V.

Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi?

Resp. neg.

NEGAT, quod probat aliquot congruentijs. Vbi

94.

Incarnatio conuenienter peracta post peccatum, non tamen statim post.

Notandum doctrinam S. Th. ad hoc tendere, ut ostendat Deo non defuisse congruentias propter quas hoc mysterium non statim in initio mundi perageret: & docet 1. fuisse conueniens ut perageretur post peccatum, cum filius Dei esset mittendus in mundum ad reparationem generis humani: medicina autem non solet præberi nisi infirmis.

2. Docet fuisse etiam conueniens, ut non statim post peccatum perageretur; quia decuit hoc mysterium aliquandiu ante annuntiari, & præmitti eius præcones, ut homines ad illius desiderium excitarentur; & maiori cum reuerentia regem venturum susciperent. Item ut hac dilatione homo humiliatus agnosceret se liberatore indigere. Ut iuxta conuenientem procedendi modum homo paulatim in bono promoueretur. res est facilis. Videri potest S. Thomas.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi?

95.

NEGAT; quod ostendit tribus congruentijs. 1. quod causa non debeat esse postrema; filius autem Dei incarnatus sit causa salutis humanæ. 2. quia si hoc mysterium dilatum fuisset vsque ad finem mundi; Dei notitia & reuerentia, morumque honestas intercidisset, ita ut vix ulli Christum recepissent. 3. quia sic commodius salus obtingit, dum multi iustificantur per fidem præsentis vel præteriti. Vnde Christus conuenienter venit in medio temporis, iuxta illud Habacuc 3. Domine opus tuum in medio annorum multiplicasti illud.

Dices Isa. 2. dicitur, erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini. Quibus verbis designatur Christus, super quem Ecclesia edificabitur, venturus; idque in nouissimis diebus. Similia habentur Michæ 4. & alibi.

Resp. ijs locis non designari Incarnationem differendam vsque ad finem mundi, ut manifestum est: sed primò Prophetas ita loqui, quod tantum beneficium non esset illorum temporibus humano generi exhibendum, sed futurum. Secundò quia in scriptura totum tempus gratiæ & legis Evangelicæ dicitur ætas nouissima, eo quod nulla alia in hoc sæculo ei succedat, sed eius ceremonia, sacramenta, sacrificium, vsque ad finem mundi sint duratura.

QVÆSTIO II.

De modo vnionis Verbi incarnati.



EXPLICATA quæstione an sit, in qua S. Thom. tractauit de conuenientia & necessitate Incarnationis, incipit tractare quæstionem quid sit. Cum autem vnio dicat ordinem ad terminos, primis articulis agit de terminis vnionis, non quidem inter quos ipsa vnio versetur (de quibus agit quæstionibus sequentibus) sed de terminis resultantibus ex ipsis rebus per Incarnationem sibi inuicem coniunctis.

ARTICVLVS I.

Vtrum vnio Verbi incarnati sit facta in natura?

VT ex iam dictis colligi potest, & ex toto discursu articuli in corpore, S. Thom. hoc articulo quaerit, num per Incarnationem ex vnione Verbi & naturæ humanæ, constituta fuerit vna natura.

Respondet negatiuè, quod probat: tripliciter potest vnum ex duobus vel pluribus constitui. Vno modo ex duobus integris perfectis remanentibus. Huc modum excludit, quod terminus ex tali vnione exurgens sit vnum per accidens, & non sit simpliciter quid vnum, sed plura; & ita non constituitur vna natura. Assumptum probat, vnio talium rerum solum consistit in compositione earum, seu

in eo

Neque differri debuit vsque ad finem mundi.

Habacuc 3. Obiectio. Ex Isa. 2. & Mich. 4.

Resp.

96.

Totum tempus gratiæ, ætas nouissima.

1.

Sæsus quæstionis.

2.

Vnio non est facta in natura.

Triplaciter concipi potest ex duobus fieri vna natura.

in eo quod simul collocentur sine ordine, vel cum ordine & figura, quae coniunctio facit aggregatum per accidens.

Aduerte S. Thom. supponere terminum in Incarnatione resultantem, esse vnum per se, nec incongruè, cum id debeat dici si asseratur quod Incarnatio facta sit in natura.

Secundo modo potest concipi vnionem factam in natura per transmutationem vtriusque naturae in tertiam, vel per mutationem vnus in alteram. Quem modum etiam rejicit. i. natura diuina est immutabilis, igitur non potest in aliam mutari. Est etiam ingenerabilis, vnde nec potest alia natura in eam mutari. 2. si ex vnione diuinæ naturæ & humane exurgeret tertia aliqua natura, Christus non posset dici Deus, nec similiter dici posset homo.

Tertio modo concipi potest fieri vnā naturam ex duabus remanentibus quidem, sed imperfectis, quod in presenti etiam nequit, cum & diuina natura sit perfectissima, & similiter perfecta sit natura humana. Præterea natura diuina & humana nec vniantur tanquam partes integrales, nec tanquam partes essentielles. Hæc veritas paulo latius est examinanda. Itaque

D V B I V M

Virum per Incarnationem vna natura fuerit in aliam conuersa.

NOTANDUM Nestoriū Patriarcham Constantinopolitanum cum iuxta fidei veritatem duas in Christo agnosceret naturas, sensisse etiam duas in eodem esse personas; cuius errorem refutare volens Eutyches vnā in eo censuit esse naturam, naturā scilicet diuinā in carnem conuersam, cuiusque Christi carnem non esse eiusdem nature cum nostra, item diuinitatem Verbi natam, passam, mortuam, sepultam. Quæ omnia patent ex epistola Leonis decima, 11. 97. cap. 1. Ex decima cap. 6. & ex 11. etiam patet quod fateretur Christum esse ex duabus naturis ante adunationem, post adunationem autem vnā in eo esse naturam. Vide etiam Theodoretum lib. 4. hæreticarum fabularum in Eutyches.

Aliqui aliter explicant errorem Eutychetis, vt scilicet voluerit ex diuinā natura & humana vnā fuisse factam per mixtionem vtriusque vtrāque remanente. Sed quod diximus, verius est, vt patet ex locis S. Leonis citatis.

Ante Eutychetem Apollinaris vnā posuit in Christo naturam, diuinitate supplente locum animæ. Videri potest Epiphanius hæresi 77. & Aug. hæresi 55.

Alii censuerunt ex natura diuinā & humana vnā fuisse constata, sicut vna fit ex elementis. Ita reuertitur Theodoretus lib. 4. hæreticarum fabularum in Polemianis.

Contra hos errores statuitur conclusio Catholica, scilicet post Incarnationem remansisse in Christo duas naturas integras, impermixtas, & inconsumas, nempe diuinā & humanā. Ita definitur in Concilio Chalcedonensi contra errorem Eutychetis congregato, in cuius actione 5. in symbolo fidei ita habetur: *confitemur in nouissimis diebus filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfusis, inmutabilibus, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublata diuinitate naturarū propter vnionem.* In eodem Conc.

act. 1. postquam fuisset recitata confessio Eutychetis & Dioscori de vna natura post Incarnationem in Christo, omnes acclamarunt, *anathema* quamuis vt paulo ante diximus, faterentur duas fuisse naturas Christi ante adunationem Patribus scilicet volentibus vt non solum agnoscerent Christum esse ex duabus naturis, sed etiam in duabus subsistere. Eandem veritatem postmodum etiam definiuerunt Conc. 5. generale, seu Constantinopolitanum 2. actione 8. can. 2. & Conc. 6. seu Constantinopolitanum 3. act. 4. & 17. Conc. Later. sub Innocentio III. habetur capitulo *fratrum* de summa Trinitate. Eandem veritatem tradit Flor. in instructione Armenorum, & plura alia tam generalia quam particularia Concilia quæ breuitatis causā prætermitto.

Prob. 1. ex scriptura, in qua passim Christo tribuitur quæ Deo & homini conueniunt, ergo est verus Deus & verus homo; cum ea quæ sunt Dei non possint in sensu proprio alicui tribui, qui non sit Deus; neque ea quæ conueniunt homini, possint alicui in proprio sensu tribui, qui non sit homo. quod si Christus sit verus Deus & verus homo, in eo verè est natura diuinā & humanā. Antecedens prob. Ioan. 3. Christus Dominus dicit Nicodemus: *nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo.* Hoc loco is qui loquebatur & audiebatur, dicebat se de celo descendisse & esse in celo; non secundum aliam naturam quam diuinā; igitur in eo erat natura diuinā. cap. 5. faciebat se æqualem Deo. cap. 10. *Ego & pater vnus sumus.* Act. 2. Petrus dicit eum effudisse Spiritum sanctum. Ad Rom. 9. Christus dicitur Deus super omnia benedictus. Ad Coloss. 1. dicitur imago Dei inuisibilis, & in ipso condita esse vniuersa in celo & in terra. Ad Hebr. 1. per eum dicuntur facta sacula, dicitur splendor & gloria & figura substantiæ Dei. Ex quibus & plurimis alijs patet Christo tribui ea quæ sunt Dei, quæ in proprio sensu sunt accipienda, & vt designent Deum per essentiam, non verò per participationem, quomodo sancti dici possunt dii.

Conf. si hæc & similia loca non intelligantur propriè, non potest suppetere Eutychetis & alijs hæreticis argumentum asserendi quod ante adunationem præfuerit diuinā natura tanquam natura Christi, quæ conuersa fuerit in carnem, vel caro in eam, vel vtrāque in tertiam naturam. Porro ex his sequi quod in Christo fuerit diuinā natura prob. ex eo quod nemo dicatur Deus nisi à diuinitate tanquam à natura sibi intrinseca.

Antecedens pro ea parte, quæ asseritur in scriptura Christo tribui ea quæ homini conueniunt, etiam ostenditur ex Ioan. 3. citato, vbi Christus vocatur filius hominis, Matth. 1. vbi dicitur filius humana eius generatio, & dicitur filius Abraham. cap. 2. Beata Virgo aliquoties vocatur eius mater; item illa vocatur puer. Ioan. 8. *Queritis me in corpore hominem &c.* Matc. 14. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Act. 2. de illo dicit Petrus, *dexterā igitur Dei exaltatus*; vbi manifestè ei tribuitur natura humana secundum quam fuerit exaltatus. Ad Rom. 9. ex quibus, scilicet Patribus, *est Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in secula.* Adde Christum in Evangelio passim appellari filium hominis, filium David. Ex quibus & pluribus alijs locis patet eum esse verè & propriè dictum hominem, atque adeo naturā humanā intrinsecè constare: sicut paulo ante ostendimus de diuinā. Patet eius carnem eiusdem esse naturæ & speciei

Sum.

Prob. 1. ex scriptura.

Christum esse Deum prob. Ioan. 3.

Id. c. 5. & 10.

Act. 2.

Rom. 9.

Coloss. 1.

Hebr. 1.

Conf. 1.

Christum esse hominem prob. Ioan. 3.

Matth. 1. & 2.

Ioan. 8.

Matc. 14.

Act. 2.

Rom. 9.

Caro Christi est eiusdem speciei cum nostra.

Prob. 2. ex Patrib. Epiph. Aug. Theod. Leon. Ambros. Damasc. Eutyches non est primus refutator hæresis inuentor. Prob. 3. ratione, ab absurdis.

8. Non potuit euertere naturam diuinam in humanam, nec euertere naturam humanam in diuinam.

9.

Neque vtraque in tertiam.

10.

Neque resultare vna natura, vtraque remanente.

cum nostra, tum quia aliis non esset caro humana, & proinde non esset homo, tum quia filius habet eandem speciem cum matre naturam.

Prob. 2. ex Patribus Epiphano, August. Theod. Leone citatis, item ex Ambrosio lib. de Dominice Incarnationis mysterio cap. 6. Damasc. lib. 3. de fide cap. 3. & ex innumeris alijs passim citari solitis, qui hæresim Eutychetis fuisse refutant. Cum autem plures Patres Eutychete antiquiores illius hæresis meminerint, satis constare potest eum non esse primum illius inuentorem, sed ei tribui, quod ab eo maiora sumpserit incrementa.

Prob. 3. ratione 1. non potest dici quod in Christo sit vna natura, eo quod natura diuina sit in humanam conuersa; tum quia natura diuina mutaretur & desineret esse, quod illi repugnat; tum quia Christus non posset dici Deus, cum hæc denominatio non sumatur à termino ex quo & per eunte, sed à natura intrinsecè in aliquo inuenta.

2. Non potest dici vna natura per conuersionem naturæ humane in diuinitatem, quia Christus non posset dici homo, nec posset dici similis nobis, vt patet ex dictis. Item quia natura humana quæ fuisse conuersa debuisset tempore præexistisse, quod falsum est, cum natura humana Christi nullo tempore præexistit vnioni suæ ad Verbum. 3. Quia hæc mutatio naturæ humane in diuinam fieri non posset sine mutatione eiusdem naturæ diuinæ, nam terminus illius conuersionis deberet incipere nouo modo dependere. Videtur enim inconceptibile quod aliquid incipiat in tempore esse terminus mutationis alicuius alterius in se, & nullo modo se aliter habeat post, quam antè, nec villo modo incipiat dependere à transmutante, cum huiusmodi transmutatio non fiat sine actione transmutantis, cuius actionis formalis terminus necessariò debet dependere ab agente.

Conf. nihil potest dici in aliud mutari nisi vtrique subest virtuti agentis, quod dicit imperfectionem repugnantem diuinæ naturæ, cum ea nullius virtuti subesse possit.

3. Non potest dici Christum constare vna natura, eo quod diuina & humana in tertiam quandam naturam sint conuersæ. 1. quia id repugnat immutabilitati diuinæ naturæ, vt ostensum est. 2. eo euentu Christus non posset dici Deus, nec similiter posset dici homo. Adde quod non posset dici diuina persona, cum persona diuina in nullo possit inueniri, in quo verè intrinsecè non inuenitur natura diuina. Ex quo sequitur quod non posset habere merita sufficientia ad reparationem generis humani, vt patet ex dictis q. 1. art. 2. imò absolutè non posset habere merita, cum enim non haberet naturam humanam, ex eo capite non posset mereri. Non est autem eodem præditum iri natura Angelica (hoc enim gratis diceretur sine fundamento) atqui nullus potest mereri nisi subsistat in natura humana vel Angelica.

4. Dicitur nequit quod vna natura resultaret ex diuina & humana per compositionem vtraque remanente, quia cum sint naturæ completæ non possunt conuenire ad vnam per se naturam conflandam. Conf. quæcumque tertiam aliquam naturam conflant, ordinantur ad se inuicem vt actus & potentia, quod nullo modo potest conuenire naturis completis respectu sui inuicem, & potissimè diuinæ. Præterea subsistens in huiusmodi natura non denominaretur Deus, nec denominaretur homo, cum naturæ cœuentes ad tertiam conflandam non denominent suppositum in concreto substantiæ,

verbi gratiâ, non dicitur, Petrus est corpus.

Nec dictis repugnat quod Sancti Patres agerent de hoc mysterio interdum vrantur nomine mixtionis, mixturæ, &c. vt Aug. epistola 3. dicens quomodo Deus homini permixtus sit, vt vna fieret persona Christi. Quia satis explicant, quod nihil aliud velint, quam duas in hoc mysterio naturas conuenisse, & fuisse vnitas in eadem personâ, contra Nestorium: non verò agnoscunt mixtionem quæ fiat cum mutatione & corruptione naturarum, vel quæ tendat ad vnam naturam conflandam.

Contra hanc veritatem obijciunt 1. quemadmodum Ioan. 2. dicitur aqua vinum facta, ita Ioan. 1. dicitur, Verbum caro factum; sed aqua dicitur vinum facta, quia verè in vinum est conuersa, ergo etiam diuinitas Verbi per Incarnationem conuersa est in carnem.

Resp. negando consequ. nam licet sit eadem forma loquendi, constat tamè diuersimodè explicandam, cum ex omnibus circumstantijs constet aquam debere dici factam vinum per sui conuersionem in vinum, per eunt nimirum naturâ aquæ; è contrario verò constet Verbum ita factum carnem, vt ipsum permanferit, cum eodem cap. 1. dicatur, & habitauit in nobis. Ad Rom. 9. Christus post Incarnationem vocetur Deus, vocetur etiam imago Dei inuisibilis &c. vnde non aliter Verbum dicitur factum caro, quam quia in tempore carnem sibi substantialiter vniuit, quod patet ex locis scripturæ à nobis citatis. Et ita dici posse patet etiam ex Philosophiâ, vt enim suppositum denominetur ab aliquâ formâ, non est necesse illud vel eius formam conuerti in aliam, sed sufficit vt acquirat formam à qua de nouo denominatur hæc ratione homo dicitur fieri iustus, sanus, calidus: sic in scripturâ ad Heb. 7. Christus dicitur factus sacerdos. Ad Gal. 3. dicitur factus pro nobis maledictum. Quia loquendi formâ solum significatur quod pontificiam dignitatem assuecutus fuerit, peccata nostra in se suscepit, &c.

Obijciunt 2. quod Athanasius in symbolo dicat: sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Igitur natura diuina & humana conuenerunt ad tertiam aliquam naturam per veram compositionem conflandam.

Resp. negando consequ. quia Athanasius similitudinè ad hoc non instituit, sed tantum in eo, quod quemadmodum anima & corpus vnam per se personam seu suppositum constituunt, ita per Incarnationem Deus & homo verè conueniant in vnam eandemque personam, & constituent suppositum & vnum per se substantiale, quod patet ex præcedentibus. Dicit enim: perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens &c. qui licet Deus sit & homo, non due tamè sed vnus est Christus. Vnus autè non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ, nam sicut, &c. Ex quo patet hanc similitudinem adduci ad vnitatem personæ in Christo explicandam. Patet etiam ex hoc loco Athanasii, refelli primum modum explicandi vnam tantum esse in Christo naturam. Similiter & tertium.

Obijciunt 3. Cyr. Alex. epistola 2. ad Successum quæ est cum scholijs, de Incarnatione vnguenti, in fine, docet non oportere intelligere duas naturas, sed vnam naturam Verbi Dei incarnatam.

Omissis varijs solutionibus, Resp. satis constare ex epistolâ priore ad eundem Successum quod Cyrillus sentiebat in Christo post Incarnationem non reman-

II.

Explicatur Patres qui vrantur nomine mixturæ &c.

Obiectio 1. ex Io. 2. & 1.

Resp.

12.

Aliter Verbum Caro factum est, aliter aqua vinum facta. Ioan. 1. Rom. 9.

Hebr. 7.

Gal. 3.

13.

Obiectio 2. ex Symbolo Athanasii.

Resp.

Similitudo

ab Athanasio

tantum ad-

ferunt ad

vnitatem

personæ in

Christo ex-

plicandam

14.

Obiectio 3.

ex Cyrillo

Alexand.

Resp.

Senius Cy-

rillic hoc &

alijs locis

reman-

romansse duas naturas ab inuicem separatas, & suppositis distinctas, vt volebat Nestorius contra quem agit S. Cyrillus, sed in Incarnatione Verbum sibi vniuersalem naturam humanam in vnitatem personarum, atque adeo in vnitatem personarum naturam Verbi esse incarnatam remanente vtriusque naturae proprietate. Simili modo sunt intelligendae variae locutiones eiusdem Cyrilli, & Athanasij, cum dicunt vnam naturam Dei Verbi incarnatam & adorabilem cum carne sua vna adoratione. Solum enim volunt in Christo non ita esse duas naturas suppositis seu personis distinctas, vt vna colatur latría, altera vero eo cultu coli nequeat, sed ratione eiusdem suppositi in quo conueniunt posse etiam humanitatem latría adorari, quod infra suo loco est explicandum.

ARTICVLVS II.

Verum vnio Verbi incarnati facta sit in persona?

DEM sensus est huius articuli qui precedentis, ita vt querat S. Thomas num terminus refutans ex vniione in Incarnatione, sit persona. Respondet autem affirmatiue.

DVBIUM

Verum in Christo sit tantum vna persona?

RENÆVS lib. 1. contra hæreses cap. 24. refert Carpocratem docuisse duas in Christo fuisse personas. quod etiam refert Epiphanius hæresi 27. id etiam docuit Cerinthus, contra quem ex professo S. Ioannes Euangelista scripsit primam epistolam canonicam.

Eundem errorem plures sunt secuti, & inter alios Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus, vt patet ex quamplurimis locis Cyrilli Alexandrini, ex Theodoro lib. 4. hæreticorum fabularum cap. penultimo, ex hæresi 90. apud Aug. lib. de hæresibus (est hæc hæres inter tres adiectas libro de hæresibus S. Augustini.)

Nestorii secutus est Theodorus Mopsuestenus teste Concilio Constantinopolitano 2. act. 8. cap. 4. & Damasceno lib. 3. de fide cap. 3. Eidem errori aliquando adhaesit Theodoretus, qui & pro Nestorio scripsit contra anathematismos Cyrilli. Sed in Conc. Chalcedonensi Actione 8. anathema dixit Nestorio, & cum Catholicis se sentiret professus. Adhaeserunt & plures alij, quorum aliqui docuerunt Christum esse purum hominem, & proinde Beatum V. non esse dicendam *Dei rationem*, sed *Dei rationem* i. Christiparam. Alij dixerunt Iesum esse purum hominem ex Mariâ & Iosepho genitum; Christum vero esse Dei filium, qui tempore baptismi descendit in Iesum in specie columbae. Vbi

Notandum, quod licet Nestorius vnitatem personarum Christi negaret, tamen vt scripturam explicaret, asseruit Verbum multis modis accidentaliter esse vnitum Christo homini. Primò secundum habitationem, quia Verbum habitauit in Christo homine sicut in suo templo, iuxta illud Ioan. 2. *soluit templum hoc & in tribus diebus excitabo illud*. Secundò per vniõnem voluntatis & dilectionis. Tertio per operationem, eo quod ille homo esset instrumentum Verbi. Quarto per participationem, eo quod filius Dei isti homini nomen & dignitatem suam fuerit impertitus, & fecerit vt vocaretur filius Dei & ab omnibus adoraretur. Videri potest

Concilium Ephesinum can. 3. & Constantinopolitanum 2. seu generale 5. actione 8. can. 4. & 5.

Sed de fide est vnicam in Christo domino esse personam. Definuit in Conc. Ephesino contra errorem Nestorij congregato, & postmodum in Chalcedonensi act. 5. in definitione synodi, vbi dicitur, *non in duas personas partitum atque diuisum, neque diuisum, sed vnum & eundem filium vniuentem Deum Verbum Iesum Christum, scilicet consuemur*. Idem tradunt Constantinopolitanum 2. can. 4. & seqq. & tertium actione 4. Lateranense sub Innocentio 3. & refertur cap. *firmiter, de summa Trinitate*, vbi dicitur, *tandem vniuentis Dei filius Iesus Christus à tota Trinitate cõmuniter incarnatus ex Mariâ semper Virgine Spiritus Sancti cooperatione conceptus, Verus homo factus ex animâ rationali & humanâ carne, vna in duabus naturis persona vnam vitam manifestius demonstrauit*.

Prob. 1. ex scripturis citatis in dubio circa præcedentem articulum moto. Ex quibus patet vñ & eundem fuisse Deum & hominem. Idem præterea ostenditur Ioanis 9. vbi dominus cæco illuminato dixit: *tu credis in filium Dei? Respondit ille & dixit, Quis est dominus vt creda in eum? Et dixit ei Iesus, & vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est*. Act. 20. dixit Apostolus, *attendite vobis & vniuerso grege, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo*. Quo loco Deus dicitur Ecclesiam proprio sanguine acquisiuisse, quod fieri nequiuisset, nisi vna eademque persona esset simul Deus & homo.

Ad Heb. 1. Multisariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nup̄simè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Quo loco Apostolus opponens reuelationes factas in nouo testamento factis in veteri, asserit Deum in nouo locutum per filium: igitur is qui nobis locutus est & reuelauit, erat Dei filius; ergo vnica persona in duabus naturis. Prima cõseq. prob. Apostolus ibidem dicit per eum facta esse sæcula, quod falsò diceretur, nisi esset verus Deus per essentiam: non enim apparet quâ ratione id posset verificari. Conf. Apostolus toto illo capite ostendit excellentiâ Christi supra Angelos, & conatur probare eum non tantum habuisse excellentiam ministerij, quam etiam Angelis concedit.

Denique vt innumera scripturæ loca, quæ hanc veritatem clarè euincunt, omittam; S. Ioannes epistolâ 1. totus p̄t̄t̄ est in eo vt doceat vnam Dei & hominis in Christo esse personam: nam cap. 1. ait, *quod fuit ab initio, quod audimus, quod vidimus oculis nostris, quod perpeceimus, & manus nostræ conuictauerunt de Verbo vita &c.* quo loco ait se contrēstasse eum, qui est Verbum vitæ, quod facere nō potuit, nisi in eadem personâ esset natura corporeasita vt vna eademque numero persona simul esset Deus & homo. cap. 2. ait eum esse mēdicem, qui negat Iesum esse Christum, cap. 3. ait eum pro nobis animā posuisse. cap. 4. vocat Antichristū eum qui soluit saluatōrē in duos. Nec villo modo satisfacit explicatio Nestorianorū supra allata: quia Cerinthus huiusmodi vniõnem accidentalem nunquam negasset, quem tamen S. Ioannes censet soluere Iesum, & esse Antichristum. Cap. 5. asserit eum vincere mūdum, qui credit quoniam Iesus est filius Dei. Vbi intendit aliquid peculiare de Christo asserere, & longè excellentiori modo ei tribuere quod sit filius Dei quàm passim tribuatur iustis in scriptura.

Præterea quæcumque Nestoriani Christo tribuunt, sacra scriptura alijs sanctis tribuit; nam ij dicuntur templum Spiritus Sancti 1. ad Cor. 3. *Nestorianorum*, quia templum Dei estis cap. 6. *An nescitis quia mem-*

17.

Conclus. Cathol. Vnica est in Christo persona. Definuit in varijs Concil. Ephes. Chalced. Constantin. 2 & 3. Lateran.

Prob. ex script.

Ioan. 9.

Act. 20.

Heb. 1.

18.

1. Ioan. 1.

1bid. c. 2. 3.

4. 5.

19.

Refutatur explicatio Nestorianorum.

bra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est & c. glorificate & portate Deum in corpore vestro. 2. dicuntur Deo uniti per affectum. 1. ad Cor. 6. qui adhaeret Domina, unus spiritus est. 3. sunt Dei instrumenta, quibus Deus operatur. 1. ad Cor. 12. divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. 4. Sancti dicuntur Dei per participationem, & filij Dei. Psal. 81. Ego dixi dy estis & filij excessi omnes: scriptura autem longe aliter tribuit Christo esse Deum & Dei filium, quod non potest aliter explicari, quam quod una eademque persona sit Deus & homo.

20.

Prob. 2. ex Patrib.

Athanas. Leon.

Prob. 2. ex patribus. Et quidem præter citatos referendo errores contrarios, hanc veritatem tradit Athanasius in symbolo, dicens: qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus; unus omnino non confusione substantia, sed unitate persona. Leo epistola 97. cap. 1. Anathematizetur ergo Nestorius qui Beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis. Item adstruunt Sancti Patres qui censent hominem non potuisse perfecte redimi per eum qui non esset Deus; quod de vero Deo intelligitur, prout creatura opponitur: & tamen asserunt Christum nos perfecte reconciliasse. Ergo censent Christum unum & eandem esse personam verè Deum & hominem. Variosque Patrum sententias retulimus q. 1. art. 2. dubio 2. & 3. plures videri possunt apud Bell. lib. 3. de Incarnatione cap. 6.

21.

Prob. 3. ratione.

Prob. 3. ex eo quod Christus ex intrinsecâ naturæ conditione sit caput hominum & Angelorum; ergo subsistit verus Deus & homo in una eademque personâ. Cum enim ratione humanitatis sit inferior Angelis, ut possit esse eorum caput, humanitas debet uniri personæ diuinæ.

Item in Christo Deus & homo de se mutuo prædicantur, nam ostenso Christo potest dici, hic homo est Deus, & Deus est hic homo. Id autem fieri nequit, nisi utraque natura in vnam personam conveniat: igitur asserendum est in Christo vnam esse personam, quæ sit verus Deus & verus homo. Minor prob. diuersæ naturæ non possunt de se inuicem prædicari, etiam in concreto, nisi conveniant in eodem supposito.

Dices sufficere unionem accidentalem ut duo de se inuicem prædicentur, dicimus enim, Petrus est albus.

Instatur contra.

Reijcitur.

Resp. id ad rem non facere; quævis enim albedo coniungatur Petro accidentaliter, illi tamen unitur in eodem supposito, cum tamen iuxta Nestorium & eius sequaces, sint diuersa supposita Dei & hominis in Christo; & illæ naturæ nullâ unione intrinsecâ inter se conveniant. Et proinde non sequitur si albedo possit in concreto prædicari de Petro cui inest, Deum posse prædicari de homine in Christo, cum non inest homini, neque natura diuina unietur humanæ iuxta principia Nestorianorum, nec illæ naturæ sint in eodem supposito, quia persona ita est vltimò completa, ut non possit inexistere ulli alteri supposito.

22.

Obiectio 1. ex Ioan.

Resp.

2. Petri 1.

Obijcitur 1. Ioannis 2. Christus loquens de sua humanitate, dicit: soluite templum hoc. Ergo duæ sunt in eo personæ: si enim esset vnica, diceret, soluite me. Resp. neg. conseq. saluam enim personam unitate aliquis agens de suo corpore, potest dicere soluite hoc animæ domicilium. Et Petrus Apostolus epistola 2. cap. 1. dicit: Velox est depositio tabernaculi mei: ergo Christus potuit ita loqui; præsertim cum id esset appositum ad id de quo agebatur. Murmurabant Iudæi quod de templo eijceret vendentes

& c. & perebant in cuius potestate hæc faceret, quibus volens suam omnipotentiam indicare, & se habere sufficientem auctoritatem ad id faciendum, dicit, quod licet destruerent templum corporis sui, posset illud excitare, appositè usurpans templi similitudinem iuxta præsentem eorum discursum.

23.

Dices templum distingui ab eo qui in illo habitabat.

Instatur contra.

Resp. & hic aliquam inueniri distinctionem, non tamen necessariò personarum, sed vel naturæ à personâ, quâ ratione humanitas distinguitur à Christo, vel partis naturæ ab aliâ parte: nam per templum intelligitur corpus; per id autem, quod in templo habitat, hic immediatè intelligitur anima.

Refellitur instantia.

Obijcitur 2. quod Apostolus ad Philipp. 2. loquens de Christo dicat, in similitudinem hominum factus, & habitum inuentus est homo.

Obiectio 2. Philipp. 2.

Resp.

Resp. id non dici, quod verè homo non fuerit, sed quod specie externa non appareret in vilo ab alijs hominibus distinctus, cum tamen etiam esset verus Deus. Hac ratione etiam dicitur formam serui accepisse, quod scilicet, cum esset verus Deus naturâ humanâ assumptâ formam serui acceperit. Obiter etiam

Cur Christus dicatur in similitudinem hominum factus.

Notandum, quod quemadmodum in loco Ioannis citato, templum metaphorice sumitur, ita in præsentibus habitus ab aliquibus sumatur metaphorice pro corpore, quo, tanquam indumento tegatur, & anima & ipsum Dei Verbum: vel pro humanitate, quæ Verbum censetur indutum dum caro factum est.

Obijcitur 3. quod Basil. in psal. 59. Christum vocet hominem Deiferum, non est ergo vna persona.

Obiectio 3. ex Basil.

Resp.

Resp. neg. assumptum. Solum enim id dicit de carne Christi, seu solum vocat carnem Christi Deiferam, quod longè aliud est à propositione assumptâ, estque verissimum alterâ propositione existere falsâ, loquendo in rigore. Quod addo, quia si quæ locutiones similes apud Patres inueniantur, non sunt ita propriæ: & ut veræ sint, concretum per abstractum est explicandum, & sumendum pro abstracto, homo Deifer, id est, humanitas Deifera. Hoc sensu Deus dicitur assumpsisse hominem, quæ loquendi forma interdum vitur Aug. ut epistolâ 33. in Enchiridio cap. 36. de agone Christiano cap. 11. de verâ religione cap. 16. Leo epistolâ 11. sub finem. Verus homo, vero unitus est Deo. Explicandum, inquam, concretum per abstractum, ut sit sensus, Deus assumpsit humanitatem. Potest etiam per similem propositionem denotari terminus ad quem assumptio dirigitur, & qui per Incarnationem resultat, hoc sensu: Deus assumpsit humanitatem ut esset homo. Quæ ratione Aug. epist. citatâ dicit: in unitate personæ Deus unitur homini ut Christus sit. Et Leo loco citato apertè docet vnam eandemque esse in Christo Dei & hominis personam.

25.

Quidam Patres in hac materia minus propriè sunt locuti.

Sensus Aug. gust. Leon.

Obijcitur 4. quod non est assumptum, non est curatum, iuxta Damasc. lib. 3. de fide cap. 6. Si ergo Dei filius non assumpsit humanam personam, eam non curauit.

Obiectio 4. ex Damasc.

Resp. neg. conseq. nam Dam. in sententiâ citatâ solum intendit docere Verbum seu Dei filium verè assumpsisse quicquid pertinet ad veritatem humanæ naturæ, non animam sine carne, nec carnem sine animâ, quia alioquin natura nostra non fuisset ab eo curata. Non verò vult personalitatem assumptam quæ est extra rationem naturæ, & illius complementum, quamque implicat vterius assumi.

Resp.

Obijci-

Obijciunt, si natura humana in Christo careat propria personalitate, caret magnâ suâ perfectione, imò Christus non est homo.

Ad prius Resp. quidquid demum sit substantia, natura humana in Christo nullum pati detrimentum, cum in eo terminetur per substantiam infinitè perfectionem quàm sit propria, ratione cuius euahetur ad statum infinitè sublimiorem, quàm sit is quem sortiretur per propriam substantiam.

Ad posterius Resp. neg. assumpt. quia denominatio hominis non sumitur à ratione suppositi creati, sed à naturâ humanâ quocumque demum supposito terminetur, siue, in quâ, terminetur proprio termino, siue alieno. Cum ergo natura humana in Christo subsistat substantia Verbi, Christus potest dici homo, seu subsistens in naturâ humanâ.

Obijciunt 6. persona & natura in diuinis sunt idem, igitur si vnio Verbi incarnati facta sit in persona, etiam facta est in naturâ, prout asseruit Eutyches.

Resp. Neg. conseq. quemadmodum enim non obstante identitate personæ & naturæ in diuinis natura diuina est communicabilis pluribus personis, persona non item. 2. pater generat, filius generatur, natura verò neque generat, neque generatur. 3. natura est quid absolutum, persona verò relationalium: ita eadem non obstante identitate, vnio in incarnatione facta est in personâ, non in naturâ. Ad quæ & similia sufficit virtualis distinctio, quæ inuenitur inter personam diuinam & naturam. Hæc enim sufficit, vt vnium à parte rei competat alicui, & tamen non competat alteri identificato cum illo.

Dices natura diuina saltem mediâtè vnitur humanitati, & proinde non solum persona Verbi, sed etiam personæ Patris & Spiritus Sancti debent eidem vniri, cum hæ personæ identificentur diuinæ naturæ.

Resp. neg. conseq. ad sensum obiectionis; quamuis enim aliæ personæ diuinæ peculiari quadam ratione insint humanitati Christi, qua non sunt in alijs creaturis, scilicet per *circuminsessionem*, quâ sit vt etiam si per impossibile desinerent esse in alijs, necessario tamen remanerent in humanitate vnita Verbo; non tamen vniuntur illi vna vnione substantiali, nec efficiunt vnium per se cum illâ; neque hoc sequitur ex eo quod diuina natura dicatur saltem mediâtè vniri humanitati. Non enim ita dicitur vniri, quod præter vnionem ad Verbum alia peculiaris vnio inueniatur ad diuinam naturam, sed quod eo ipso quo vnita est personæ diuinæ, censetur vniri eiusdem Verbi naturæ, sine quâ Verbum esse non potest, & quæ intrinsecè in Verbo inuenitur: quemadmodum ea quæ intrinsecè nobis vniuntur, eo ipso mediâtè vniuntur ijs quæ sunt in nobis, v.g. albedo in lacte mediâtè vnitur dulcedini. Porro quod ita est vnium, non est necesse vt vniatur in omni quod sibi est identificatum, seu non est necesse vt omne id quod illi identificatur, ex consequenti vniatur ei, cui huiusmodi natura vnitur. Quia non obstante hac identitate cum natura diuina, illud tertium est distinctum re ab eo cui natura humana vnitur immediâtè, scilicet Verbo, & non solum non est intrinsecè Verbo, sed etiam re distinctum ab eo, imò oppositum, & proinde vt Verbum vniatur humanitati, nõ est necesse alteram personam diuinam mediâtè saltem vniri, cum non sit intrinsecè in Verbo, sed ei opposita. Ex quo patet responsio ad probationem consequentiæ.

Aduerte ex dictis colligi naturam diuinam non dici mediâtè vniri humanitati, quia est realiter idè cum Verbo, sed quia est eius natura illi intrinsecè competens; vnde etiam vniretur modo prædicto, quamuis ab eodem differret realiter.

ARTICVLVS III.

Utrum vnio Verbi incarnati facta sit in supposito vel hypostasi?

QVAMVIS huius articuli resolutio pateat ex resolutione articuli præcedentis, cum tamen proponit S. Th. propter quosdam, qui licet vniam in Christo penerent personam, nihilominus duas in eo constituebant hypostasies, atque adeo censabant vnionem non esse factam in hypostasi; quorum positionem dicit esse erroneam procedentem ex ignorantia quidditatis personæ & hypostasios; supponit enim hæc cõceptu intrinsecò distinguere, cum tamen secundum intrinsecâ idem sint, & tantum differant connotato, quod videlicet ratio personæ connotet naturam intellectualem, cuius est terminus; hypostasis verò, seu suppositum, non connotet talem naturam, sed conueniat omni substantiæ indiuiduæ completæ. Vnde

Respondet hanc vnionem factam esse in hypostasi, quod probari potest omnibus argumētis, quibus paulo ante probauimus vniam in Christo esse personam increatam. Præterea bene ostenditur à S. Th. ex Conc. Ephesino can. 4. idè habetur in Conc. 5. generali act. 4. can. 4. & 5. Videri etiam potest Dam. lib. 3. de fide cap. 3. His locis non solum docetur vniam esse personam in Christo, sed etiam vniam hypostasim. Vnde hæc doctrina etiam sub illis terminis est de fide.

Ex dictis in his articulis patet, per incarnationem factam vnionem naturæ cum substantia, natura enim humana vnita est Verbo, vt ab eo sustentaretur, & in vniam personam cum naturâ diuinâ conueniret, atque adeo vnus & idem esset Deus & homo. Cui non obstat infinita distantia naturæ humanæ & diuinæ hypostasis. Non obstat enim hac infinita distantia in ratione entis, non deest illis proportio in ratione termini & terminabilis, ita vt natura humana carens propriâ substantia terminetur à diuinâ. Neque id villam dicit imperfectionem in ipsâ diuinâ substantia, vt ostendimus initio huius tractatus dub. 1. quia non idcirco diuina substantia est propriè forma humanæ naturæ, sed solum habet ratione termini. Neque natura humana est forma Verbi, cum strictè loquendo natura non comparetur ad suam hypostasim tanquam forma, neque in rigore informet, sed sit natura; quamuis nihil repugnet, quo minus dici possit forma totius Christi secundum quod est homo; quæ forma nõ propriè informat, sed ipsa terminatur à ratione hypostatica.

ARTICVLVS IV.

Utrum persona vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita?

RESPONDET 1. esse omnino simplicem secundum quod in se est.

Respondet 2. esse compositam secundum rationem personæ vel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliquâ naturâ; esse, inquam, compositam in quantum subsistit in duabus naturis.

Cur D. Th. hunc articulum proponat.

Resp. affir.

Conc. Ephes. Conc. 5. Damasc.

Natura humana & hypostasis diuina habent proportionem in ratione termini, & terminabilis. Diuina substantia nõ est forma humanæ naturæ. Natura humana dici potest forma totius Christi secundum quod est homo, quod est homo.

32.
Sensus re-
solutionis
D. Tho.

Explicatur
S. Th.

D. Thomas vult docere Verbum in se, & vt subsistit in propria natura habens solum ea quæ sibi sunt intrinseca & connaturalia, esse personam omnino simplicem: Verbum verò incarnatum, seu terminum resultantem ex vnione Verbi & nature humanæ, esse personam compositam.

Aduerte, quod in Corpore dicitur, *hæc ibi*, id est, in Christo, sit *unum subsistens*; est tamen alia & alia ratio subsistendi, & sic dicitur persona composita, in quantum *unum in duobus subsistit*: quæ loquendi formâ videtur indicare naturam esse rationē subsistendi, cum tamen id munus competat subsistentiæ seu personalitati. Verum S. Th. nō vult naturam esse rationem subsistendi absolute loquendo, sed solum in tali vel tali specie, v. g. humanitatem esse rationem cur aliquid dicatur homo, & sit persona in tali specie. Similiter diuinitatem esse rationem cur aliquid dicatur Deus: vt hæc ratione probet personam Christi esse compositam, quia nimirum subsistit in duabus naturis.

D V B I V M

Utrum vnio quæ facta est in Incarnatione, fuerit vera compositio, atque adeo terminus inde resultans fuerit compositus?

33.
Negat.
Scot.
Durand.
Caiet.

NEGANT plerique antiqui. Scotus in 3. dist. 6. q. 3. Dur. eadem dist. & q. & plures passim citati, quibus consentit Caiet. hæc responsione ad 3. & 1. parte q. 3. art. 8.

Affirm.
S. Th.
Medin.
Suar.
Vasq.
Ex senten-
tia Aucto-
ris melius
dicitur per-
sona Chri-
sti compo-
sita.

S. Th. hic asserit, cui consentiunt plerique recentiores. Med. hic concl. 2. Suarez disp. 7. sect. 4. cōcl. 3. Vasquez disp. 16. cap. 2. & alij. Quamuis autem videri possit quæstio de nomine, melius constituitur persona Christi composita, atque adeo vnionem quæ interuenit in Incarnatione, esse compositionem, quod vt ostendatur,

34.

Notandum quod ex superioribus colligi potest, in Incarnatione naturam humanam esse vnitam Verbo in vnitate personæ, ita vt ex illis duobus, Verbo scilicet & natura, resultarit vnus homo, vltra quam vnionem concipere est vnionem nature humanæ cum diuina: non quod duæ fuerint actiones & vniones, quarum vna fuerit terminata ad personam Verbi, altera ad naturam diuinam; sed quod per eam actionē & vnionem, quæ humanitas immediatē est vnita personæ Verbi fuerit etiam mediatē vnita eius naturæ, sine qua persona Verbi non potest existere, atque adeo duæ naturæ inter se conuenerint in eandem personam, quæ in duabus naturis subsistit. Hoc prænotato

35.
Prob. ex
modo lo-
quendi Co-
ncilior. &
Patrum.

Prob. conclusio. Huiusmodi locutio est conformior dictis Conciliorum & Patrum, & nihil inuoluit absurdi, vt patebit ex solutionibus eorum, quæ contra asseruntur: ergo commodē dici potest, quod persona Christi sit composita. Conseq. prob. non est quod absq; graui necessitate dicamus modum loquendi Conciliorum & Patrum esse improprium. Antec. autem prob. ex 5. Synodo act. 8. can. 4. in quo dicitur, *vnionem Verbi ad carnem secundum compositionem*. In 6. Synodo act. 4. sub finem. *Consequenter Christum ex duabus naturis compositum*. Similes loquendi formulæ habentur in multis alijs Concilijs, quæ videri possunt apud auctores citatos. Ex Damasc. lib. 3. de fide cap. 3. in Domino Iesu Christo duas naturas agnoscere, vnā autem hypostasim ex vtrāque compositam. Adde Concilia & Patres

Damasc.

sæpe docere Christum in duabus & ex duabus naturis subsistere; vbi particula, *ex*, non potest aliud commodē designare, quàm cōpositionem; & licet per huiusmodi sententias intendat agere contra Eutychem & Nestorium, & contra eosdem docere, saluā naturarum distinctione, vnā tantum esse in Christo personam: atque adeo non velint magnam vim ponere in nomine compositionis vel compositi; cum tamen eo nomine vtantur sine additamento, non est quod illud refugiamus, vel veram compositionem negemus.

Prob. etiam ratione: quod ex natura diuina & humana in Christo coalescit, non est aliquid simplex; ergo est compositum, cum inter ea nō videatur dari medium. Adde ad veram & propriē dictam compositionem realem non videri aliud requiri, quàm vt duo aliqua à se inuicem realiter distincta à parte rei sibi vniantur, quod in præsentī cernitur; cum natura diuina & humana sibi inuicē in Christo verē vniantur in identitatem personæ.

Ex dictis habemus, personam Christi esse compositam quatenus subsistit in duabus naturis. Preter eam autem compositionem cuius potissimum mentionem faciunt Concilia & Patres, inuenitur alia, quæ est origo præcedentis, scilicet compositio ipsius personalitatis seu subsistentiæ Verbi cum humanitate: nam à parte rei verē vniantur sibi personalitas Verbi & humanitas, & ex ijs resultat persona, quæ est homo, seu subsistens in natura humana, quæ non potest dici simplex, ergo cōposita.

Obijciatur 1. quod compositio dicat vnionem partium & eorum quæ habent inclinationem, vt aliquod totum constituent.

Resp. negando assumptum: nam neque etiam in creatis natura potest dici pars comparata ad subsistentiam, cum qua tamen potest componi, si ab ea distinguatur. Et quamuis in creatis ea quæ componuntur, inclinentur ad se inuicem; ad rationem tamen compositionis id non requiritur, sed id oritur ex peculiari conditione eorum quæ coniunguntur & componunt. Quod etiam patet in simili: vnio naturalis in creatis non inuenitur sine mutua dependentia. Item sustentatio quæ accidēs sustentatur, non inuenitur in re ipsa sine aliqua imperfectione subiecti; non tamen propterea negandum est Verbum verē vniri naturæ humanæ, & naturam humanam verē ab eo sustentari. Ita ergo in præsentī dici potest cum ea componi sepositis imperfectionibus, quæ comitantur quidem compositionem in creatis, sunt tamen extra eius rationem. Vbi etiam obiter

Notandum, totum compositum resultans ex vnione Verbi cum humana natura non esse perfectius, quàm sit alterum componens, scilicet ipsum Verbum.

Obijciatur 2. esse compositi exurgit ex componentibus, atque esse Christi, quod est æternum, non potest resultare ex natura diuina & humana; ergo verē ex illis non componitur.

Resp. distinguendo minorem. Si enim intelligatur de esse Christi absolute loquendo, concedo non resultare ex humanitate; cum enim Verbum sit æternum, & absolute loquendo idem sit esse Christi, quod est Verbi, cum per huiusmodi locutionem designetur esse personale quod est increatum, sequitur illud esse non resultare ex natura humana. Si verò intelligatur de esse Christi vt est homo; & persona humana, nego eandem minorem. Quia tale esse exurgit ex humanitate tantum ex natura hominis.

Obijci-

Particulā,
ex, quā vti-
tur Conci-
lia, ac Pa-
tres, desi-
gnat compo-
sitionem

36.

Probatio-
ne.

37.

Est etiam
compositio
subsistentiæ
Verbi cum
humanita-
te.

Obiectio 1.

Resp.

Nequidem
in creatis
natura dici
potest pars
comparata
ad subsiste-
ntiam, cum
qua tamen
potest cō-
poni &c.

38.

Obiectio 2.

Resp.

39.

Esse Chri-
sti vt est
homo, non
est æter-
num &c.

Obijciatur 3. natura humana & diuina non habent se tanquam actus & potentia; igitur non possunt inter se componi. Propter hoc argumentum Caiet. negat compositionem in Incarnatione, vt patet ex loco citato 1. partis. Verum

Resp. non esse de ratione compositionis in genere, vt extrema sese respiciant tanquam actus & potentia, quamuis vt dictum est, hæc inueniantur in compositione naturali rerum creaturarum; sed in illo, & ratione illius sibi inuicem coniungantur.

Obijciatur 4. si Christus esset compositus, esset sua componentia simul sumpta, & per consequens esset diuinitas & humanitas coniunctæ, quod videtur damnatum in Concilio Constantiensis sess. 15. art. 4.

Medin. hæc responsione ad 2. argumentum, negat Christum dici posse diuinitatem & humanitatem simul sumpta.

Verum non est quod hunc modum loquendi formidamus, cum Aug. c. 38. Enchir. dicat, *veraque substantia diuina scilicet & humana, sibi inuicem de Patris omnipotentis, Leo 1. epist. 11. ante medium, (vnde autem inconueniens aut impossibile videatur, ut Verbum & caro atque anima unus Iesus Christus & unus Dominus inique sit filius? Dam. lib. 3. de fide cap. 19. dicitur, unus Christus est, & unus Christus dua natura. Itaque*

Resp. concedendo assumptum argumenti & negando propositionem assumptam esse damnatam a Conc. Constantiensis in sensu Catholicorum. Solū enim est dānata intellecta iuxta sensum Ioannis Huius, quod scilicet Christus esset dua natura ligulata; non verò damnatur, si termini humanitatis copulati; in quo sensu verificari potest propositio in sensu identico, quia diuinitas & humanitas simul sumptæ idem sunt cum composito, quod est Christus.

Neque inde sequitur diuinitatem esse humanitatem, prout aliqui existimant hæc rationatione confici: Christus est diuinitas, Christus est humanitas, ergo diuinitas est humanitas. Negatur enim minor: nam quamuis suppositū in Christo sit idem cum diuinitate, atque adeo maior possit concedi in sensu identico, minor tamen falsa est; cum neque in sensu identico, neque in formali verum sit scire quod Christus sit humanitas. Nam si Christus sumatur pro supposito, distinguitur ab humanitate: si sumatur pro composito, includit saltem aliquid ab ea distinctum, ratione cuius etiam ab ea distinguitur; & proinde humanitas in abstracto non potest predicari de Christo ratione identitatis cum illo, neque ex eo, quod ex modo significandi implicite dicat totum id quod est in Christo. Adde quod licet totum antecedens esset verum in sensu identico, consequentia non sit legitima, vt patet in simili: paternitas est deitas, filio est deitas, ergo paternitas est filio. Item Christus est sua diuinitas, Christus est passus, ergo diuinitas est passus. In priori syllogismo non sequitur, eo quod terminus singularis sit pluribus personis communicabilis; vnde non sequitur, si personæ sint eadem illi tertio, esse easdem inter se. In posteriori, a sensu identico proceditur ad formalem, vnde mutatur appellatio: nam cum dicitur Christus est sua diuinitas, solū significatur quod suppositum Christi sit idem cum sua diuinitate; cum vero in consequente dicitur, diuinitas est passus, designatur natura, secundum quam Christus passus est. Sic ergo in prædicto syllogismo, si Chri-

stus sit idem cum diuinitate, sit etiam idem cum humanitate, scilicet inadæquate, non sequitur ipsas naturas sibi inuicem identificari.

Obijciatur 5. quod D. Th. 1. parte q. 3. doceat Deum nullo modo componi.

Resp. nullo modo venire in compositionem etiam cum alio ex indigentia & imperfectione; & hoc inter cetera velle D. Thomā q. citata; cui non repugnat quod modo a Sanctis Patribus & a nobis explicato componatur cum natura humana.

ARTICVLVS V.

Verum facta sit aliqua vnio anima & corporis in Christo?

SUPPONENS Christum assumpsisse veram carnem & animam rationalem (quod infra ex professo tractabit) vt omnem compositionis modum in Christo inuestiget D. Th. præfatem articulum instituit. Ad quem

Respondet affirmatiuè. Quod est de fide definitum in Conc. Ephesino can. 13. vbi definitur quod Verbum carnem animatam anima rationali sibi copularit. Item in 5. Synodo act. 8. can. 4. & in Synodo 4. act. 5. definitur Christus esse perfectus in humanitate & diuinitate verus Deus & homo, ex anima rationali & corpore, & in multis alijs concilij definitur Christum esse verum hominem: ad cuius rationem non solum requiritur corpus & anima, sed vt ea sibi inuicem copulentur. Item de fide est Verbum assumpsisse humanitatem, quæ ad sui constitutionem requirit vnionem corporis & animæ.

Denique si in Christo corpus & anima non fuerint sibi inuicem vnita, euertuntur plurima fidei mysteria. Neque enim B. Virgo dici poterit mater Dei; vel Deum genuisse; cum enim non dicatur mater Dei ratione diuinitatis, sed ratione humanitatis, si in Christo non fuerit vera humanitas, non poterit dici illius mater. Euertitur mysterium conceptionis & natiuitatis Christi, item mortis, quæ requirit dissolutionem animæ à corpore; mysterium resurrectionis, quæ requirit reunionem earundem partium.

Porro ex dictis patet, hanc veritatem fuisse de fide etiam tempore Magistri sententiarum, & proinde eum immerito referre contrariam sententiam tanquam probabilem in 3. dist. 6. §. 6. scilicet Christum assumpsisse carnem & animam vnita quidem Verbo, non tamen immediatè inter se, vt fieri solet in alijs hominibus.

Obijci tamen potest, quod ex anima & carne vnitis constituatur persona humana; ergo si in Christo hæc sibi inuicem immediatè vniantur, eadem constituetur; & proinde duæ in illo essent personæ, quod est hereticum.

Resp. negando priorem conseq. idè enim in nobis resultat persona humana ex anima rationali & corpore sibi vnitis, quod ea per se existant, seu quod compositum ex illis nulli inexistat, sed perfectè in se terminetur; in Christo verò humanitas seu natura humana composita ex anima & corpore & coalescens ex eorum vnione, inexistit Verbo diuino à quo terminatur, atque adeo personatur personalitate diuinā.

43.

Obiectio 5.

Resp.
D. Tho.
Deus non
venit in co-
positionem
cum alio ex
indigentia.

44.

De fide est
in Christo
fuisse vnio-
nem animæ
& corporis.
Conc.
Ephes.
5. Syn.
4. Syn.

45.

Magister
immerito
refert con-
trariam sen-
tentiam vt
probabilem

Occurritur
obiectioni.

46.

Cur in no-
bis resultat
persona hu-
mana ex
anima &
corpore
vnitis, non
item in
Christo.

ARTICVLVS VI.

Virum naturā humana fuerit vnita
Verbo Dei accidentaliter?

47.

Resp. negās
est de fide.
Conc.
Ephes.
Syn. 5.

RESPONDET negativē. Est de fide ex Conc. Ephesino can. 13. vbi definitur quod Verbum carnem animatam animā rationali sibi copularit, & substantialiter, ineffabiliter, incomprehensibiliter factum sit homo. Quod si Verbum diuinum substantialiter factum sit homo, vnio humanitatis cum illo non potest esse accidentaliter, sed necessariō est substantialis; cum homo non sit compositum per accidens. Ex Synodo act. 8. can. 9. vbi definitur vnionem Verbi ad carnem esse secundum compositionem, id est secundum subsistentiam. Et can. 5. definitur Verbum vniri substantialiter carni. Vbi

Notandum Concilium non tantum velle terminum cum quo vnitur natura humana, esse subsistentiam Verbi, quasi solum dicat vniri cum personalitate Verbi; quia si accidens vniri possit Verbo (de quo infra) non idcirco ea vnio dicenda erit substantialis, quod accidens assumatur à personā; sed velle terminum resultantem esse personam hominis, ita vt vnio humanitatis cum Verbo tendat ad constituendum subsistens in natura humana, & compositum ex natura & ratione hypostatica, quæ vnio non est accidentaliter.

48.

Rationibus
ostenditur
naturam
humanam
non vniri
Verbo acci-
dentaliter.

Prob. conclusio ratione fundatā in principiis fidei. 1. homo non prædicatur in *quale* de Christo, sed in *quid*; atqui non potest prædicari in *quid*, si humanitas vnitur Verbo accidentaliter, ergo. Maior patet, similiter & minor. Conseq. autem est legitima.

Personalitas
nō vniri
cum natura
per
accidens.

2. Natura humana in Christo vnitur Verbo cōsimili vnione cū ea qua vniretur propriæ personalitati, si hæc sit res quædam à natura distincta (de quo iam non disputo) eo verò casu natura non vniretur cum sua personalitate vnione accidentaliter, cum etiam posset distinctione reali inter naturam creatam, & eius personalitatem, dicendum sit ex ijs exurgere vnum per se, quod dici non posset si solum accidentaliter vnirentur. Porro id dicendum constat ex eo, quod vnaquæque natura substantialis completa appetat subsistere tanquam complementum eiusdem generis, & vt intra genus suum compleatur.

49.

3. Si natura humana solum accidentaliter vnitur personæ Verbi, dicendum eam habere omne suum complementum substantiale naturaliter sibi debitum, atque adeo propriam personalitatem, quod est hæreticum & Nestorianum, cum inde sequatur duas esse in Christo personas. Assumptum prob. vno accidentaliter alicuius substantiæ non necessario requirit priuationem alicuius pertinentis ad complementum substantiale eius, quod accidentaliter vnitur, ergo neque id requirit vnio accidentaliter humanitatis cum Verbo. Ergo dicendum erit illam habere huiusmodi complementum non obstante vnione.

Confirm.

Conf. priuatio huius complementi, posset tali vnione, neque ex rei natura ostendi potest, neque dicenda est supernaturaliter à Deo induci, cum posset tali vnione, neque ex vilo fidei principio ostendi possit, quod Deus naturam humanam priuet suā personalitate, vel quod priuare debeat, neque ex rei natura id sequatur. Denique substantia com-

pleta non videtur vniri alteri accidentaliter aliā ratione quā secundum locum, quod dici nequit de vnione humanitatis cum Verbo.

Obijciatur 1. quodd hæc vnio sit contingens; ergo est accidentaliter.

Obiectio 1.

Dur. in 3. dist. 6. q. 4. censet posse dici quod hæc vnio sit aliquo modo accidentaliter. Sed longè melius negatur: quam vis enim Dur. non velit, neque possit velle quod non sit substantialis, & quodd ex illa non resultet vna persona & vnum per se, & ita in re non dissentiat ab alijs Theologis: eius tamen locutio est minus commoda, vt pote quæ videatur conuenire cum modo loquendi Nestorij, & ex qua error Nestorij aliquo modo iuari possit. Itaque ad argumentum

50.

Durandus
minus com-
modè cen-
set posse di-
cere vnio-
nem acci-
dentalem.

Resp. Neg. conseq. nam in argumēto committitur fallacia, dum contingens in antecedente sumitur prout opponitur necessario, quasi dicatur vnionem Verbi cum natura humana non esse necessariam, sed planè liberè & contingentem factam, quod verum est; in consequente verò accidentale opponitur essentiali vel substantiali, quod falsum est: quauis enim Verbum naturam humanam sibi liberè vniretur; eam tamen substantialiter sibi copulauit, & licet natura humana accideret filio Dei, & is absque illa esse possit, non ideo ea accidentaliter vnione sibi inuicem copulantur.

Obijciatur 2. quod aduenit enti habenti suam vltimam perfectionem non potest vnum per se cum eo componere: atqui natura humana aduenit tali enti, cum Verbum diuinum sit ens perfectissimum, ergo.

Obiectio 2.

Resp. negādo mai. vniter saliter loquendo, licet enim id sit verum in compositione naturali, eò quod in naturalibus persona non conueniat cum alia substantia per veram compositionem, id tamen non oritur ex ipsa ratione entis. Itimò completi. Si enim id quod dicitur aduenire enti vltimò completo careat suo complemento substantiali, & assumatur vt illud suppleatur, potest vnum per se cum eo componere.

Resp.

Petes 1. an hæc vnio dici possit essentialis?

51.

Videtur dici posse. Ita enim loquitur Dam. lib. 3. de fide cap. 3. & ita censet Vasq. disput. 17. cap. 3.

Sed omnino verius est non esse ita absolute vocandam, ne detur intelligi quod sit vnio in essentiali, ita vt vna natura seu essentiali inde exurgat, quod est Eutychianum.

Ex sententia
Auctoris
hæc vnio
non debet
absolute
vocari es-
sentialis.

Ad Damasceni auctoritatem Resp. illum loco citato tollere omnem errandi occasionem, dum ita loquitur: *essentialē dicimus vnionem, non quod ex duabus naturis composita perficiatur, sed quia due vnice sunt in vna hypostasi filij Dei.* Ex quibus patet, quod essentialē accipiat pro substantiali, & quidem minus propriè, & solum intendat contra Nestorium vniam in Christo esse personam; quā ratione etiam possunt explicari aliqui Patres, qui hoc modo loquendi vtuntur. Per essentialē possumus etiam intelligere veram vnionem, & non specie tenus, vt ibidem dicit Dam. Adde vocem Græcam commodè verti posse substantialem.

Damasc. ef-
fentialē ac-
cipit pro
substantia-
li.

Petes 2. an hæc vnio dici possit naturalis?

52.

Resp. neque hoc modo facile esse loquendum, tum quia potest designari vnio & Incarnationis mysterium non esse supernaturale, sed naturale; tum quia potest designari quod vnio facta sit in natura. Vbi tamen abesset erroris periculum, posset vsurpari, & præsertim si agatur cōtra hæreticos negantes veram & realē vnionem, & solum concedentes

Non debet
etiam hæc
vnio dici
naturalis,
vbi esset er-
roris peri-
culum.

phanta-

phantasticam; in illis enim circumstantijs satis potest intelligi per huiusmodi proportionem solum negari vnionem phantasticam, & adstrui veram & realem reipia intercessisse inter Verbum & naturam humanam. Vlturari etiam potest, si naturalis vnio opponatur ei, quæ solum est secundum dignitatem, vel etiam auctoritatem & potestatem. Quæ ratione Conc. Ephesinum ante exortam hæresim Eutychemis, definit substantias in Christo coniunctas conuentu, qui per vnitatem factus est naturalis.

Ex dictis omnibus his articulis habemus terminum resultantem in Incarnatione, esse Christum Dominum vnum in persona, subsistentem in duabus naturis, Verbo sibi copulante naturam humanam in vnitate personæ, & eam terminante per vnionem quandam substantialem, qua vnum per se ex persona diuina & natura humana effectum est, verè compositum ex diuinitate, anima rationali & carne, vt frequenter definiunt Concilia, & docent Patres. Quod compositum potest dici partim creatum, partim increatum; Creatum ratione humanæ naturæ; increatum verò ratione diuinæ. Imò dici potest creatum quia compositum, quia ipsa vnio naturæ humanæ cum Verbo est creata, & hoc designatur per huiusmodi proportionem,

ARTICVLVS VII.

Vtrum vnio natura diuinæ & humana sit aliquid creatum?

RESPONDET affirmatiuè: tum quia incepit in tempore, tum quia est quedam relatio inter naturam humanam & diuinam, quæ est aliquid creatum in creatura, scilicet relatio realis, quamuis in Deo sit tantum relatio rationis.

Notandum est, quod licet vnio humanitatis in Incarnatione respiciat Verbum, & secundum suam rationem dicatur dependere ab increato, scilicet tamquam à termino relationis ipsius humanitatis; quia tamen esse illius est in natura humana, idcirco est aliquid creatum: nam vt docet D. Th. resp. ad 3. quod aliquid dicatur creatum magis respicit esse, quam rationem, & proinde cum subiectum huiusmodi relationis sit aliquid creatum, esse ipsiusmet relationis est creatum, atque adeo vnio est aliquid creatum.

Notandum 2. quod præter personam Verbi & naturam humanam quæ sunt termini, inter quos versatur Incarnatio, item præter terminum resultantem; tria in eadem Incarnatione possunt considerari: 1. actio, quæ termini dicuntur inter se coniungi, 2. terminus actionis, à quo res dicuntur vniari, 3. relatio inde resultans.

DVBIVM I.

Vtrum in Incarnatione producat aliquid in extremis, per quod vniantur & fiat vna persona composita.

SUPPONO per Incarnationem nihil fuisse productum in Verbo, ratione cuius diceretur vniri humanitati: cum enim Verbum diuinum sit Deus, & per consequens immutabile; nihil

potest in eo in tempore produci, cum hac ratione deberet mutationem subire. Solum ergo peti potest, an similiter in humanitate nihil producat.

Duplex est in genere hac de re sententia. Prior negat quidquam produci etiam in natura humana, quo ipsa vnietur, sed censet per actionem solum constari vniam personam compositam ex duabus naturis. Tenet Gregorius Ariminensis in 1. dist. 28. q. 2. ad 17. & 18. Caiet. hic §. in hoc articulo cautissimè. Aluarez præsentis art. disp. 13. concl. 1. Valentia tomo 4. disp. 1. q. 2. puncto 5. §. Verior est igitur.

Posterior censet, quod præter ipsam actionem & terminos, inter quos versatur actio, similiter præter terminum resultantem, detur aliquid aliud, quæ est longè communior sententia.

Resp. & dico ad hoc vt natura humana vnietur Verbo hypostaticè, necesse fuit aliquid in ea produci ab illa distinctum.

Prob. 1. Verbum prius non vnitum humanitati postmodum illi est vnitum in tempore, ergo necesse fuit vel ipsum mutari, vel naturam humanam, vel vtrumque. Primum & tertium dici nequit, vt patet ex supposito; erga dicendum est secundum, scilicet naturam humanam mutatam fuisse. Prior conseq. prob. fieri nequit vt aliqua de nouo vniantur sine mutatione saltem alicuius extremi, seu eorum quæ inter se vniantur: nam aliàs propter solum temporis fluxum sine vlla mutatione à parte rei, aliqua res fortiri posset prædicata contradictoria, & aliter se haberet postquam antè. Posterior verò conseq. patet ex dictis, quod scilicet nihil in præsentis sit reperire, quod possit mutationem subire, præter humanitatem subsum, atqui natura humana non potest dici sufficienter mutata per solam sui productionem ad hoc vt Verbo vnietur, ergo debet mutari per productionem alicuius distincti. minor prob. productio humanitatis eò solum tendit, vt ipsa sit extra nihil & in rerum natura constituitur, quod non sufficit vt sit & dicatur Verbo vniri: ergo debet alia mutatio in illa inueniri, ad hoc vt vnietur Verbo.

Dices, nullam aliam requiri mutationem præter eam, quam natura humana Christi in sui productione subiit, vel quia ipsa intimum & necessarium ordinem dicit ad Verbum, ita vt nequeat existere in rerum natura absque vnione sui cum Verbo; vel si hoc non sufficit, sufficientem in ea mutationem inueniri, quod fuerit producta sine propria personalitate.

Resp. neutrum horum dici posse, & prius quidem voluntariè dici patet, quia humanitas Christi est eiusdem planè naturæ & speciei cum humanitatibus aliorum hominum; ergo nequit dici, quod ex sua ratione specifica dicitur huiusmodi ordinem ad Verbum, cui omnimodà necessitate vniri debet. 2. non potest solidè dici quod humanitas etiam Christi, habeat peculiarem respectum essentialem ad Verbum diuinum, seu ad secundam personam Trinitatis, quem non habeat ad reliquas personas. Ex hoc autem sequitur, quod ea fuerit ab omnibus personis assumpta, quod est hæreticum, repugnans Concilijs, & peculiariter Lateranensi, cap. firmius de summa Trinitate, repugnans etiam Patribus.

Quod si dicatur humanitatem Christi dicere huiusmodi ordinem ex principijs indiuiduabilibus; præterquam quod hoc voluntariè dicitur, ex

Sensus dubij.

56.

Referuntur sententia. Prior negat. Armin. Caiet. Aluar. Lorca.

Posterior affirm.

Affirm. sequitur Auctor.

57.

Fieri nequit vt aliqua de nouo vniantur sine mutatione saltem alterius extremi.

Obijciatur.

Resp.

58.

Humanitas Christi non dicitur specialem ordinem ad Verbum ex ratione specifica. Conc. Lateran.

59.

Neque ex principijs indiuiduabilibus.

eo refellitur, quod inde sequatur Deum non potuisse producere huiusmodi humanitatem non vniendo illam Verbo, quod statim per se apparet incredibile, & contra communem conceptum: nullus enim existimat Deum necessitatum fuisse ad mysterium Incarnationis peragendum ex positione vilius creaturæ. Inde etiam sequatur Deum non posse conservare huiusmodi humanitatem sine hac vnione: quod etiam voluntariè dicitur, & videtur repugnare eidem communi conceptui. Conf. Doctores passim formant varias quaestiones de humanitate, si præexistens in rerum natura assumeretur: quæ supponunt illam potuisse produci non vnitam, & non vnitam conservari.

Præterea vel illa conditio individualis ita requiritur, ut nulla humanitas carens tali conditione possit assumi, vel non requiritur: Si dicatur secundum, frustra fingitur in humanitate Christi talis ordo ad Verbum, ut scilicet declinetur vis argumenti, cum respectu aliarum vim suam retineat. Porro hanc conditionem individualement non requiri, patet 1. quod communi iudicio Doctorum alia numero humanitates assumi poterint: 2. quod non solum natura humana, sed etiam angelica potuerit assumi, non solum alia creabilis, sed etiam creata, quod indicat Apostolus ad Heb. 2. dicens: *nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Vbi volens diuinum amorem erga genus humanum extollere, & nos excitare ad gratiarum actionem pro beneficio Incarnationis & redemptionis generis humani, docet Deum non assumpsisse naturam angelicam, sed humanam: quod non ita posset inculcari, si natura angelica non esset assumptibilis.

Quod etiam secundum dici non possit, patet: 1. quia inde sequeretur humanitatem vnitam tribus personis diuinis, quod dici nequit. Id sequi prob. ratione carentiæ propriæ personalitatis non potest magis censeri vnita secundæ personæ quam alijs. Si ergo ex eo quod natura humana producat sine propria personalitate, dicatur vnita Verbo nullo superueniente, dicenda etiam erit alijs personis vnita.

2. Incarnatio est vera actio positiva, ergo debet habere terminum aliquem realem positum, non solum qui sit terminus *quæ* & principalis, sed qui sit terminus *quo*. Ergo per eam debet produci verus terminus positus, & proinde ut natura humana dicatur vnita, non sufficit carentia personalitatis, sed insuper requiritur aliquid de nouo productum, quo extrema inter se copulentur.

Prior conseq. prob. actio nihil est aliud quam via ad terminum & fieri ipsius termini, ergo fieri nequit, ut detur actio realis positiva, & non habeat terminum realem positum, qui per eam producat, & proinde qui sit terminus *quo*.

Dices sufficere ut ponatur ipsum compositum, quod antea non erat: sic enim & inuenitur terminus actionis, & inuenitur mutatio.

Resp. id non sufficere, quia esse compositum, vel nihil est aliud quam res esse vnitas, & tunc recurrunt argumenta facta: vel resultat ex rebus vnitatis, & contra hoc vrgent argumenta, quomodo scilicet possit resultare hoc compositum si res non vniuntur: item quomodo res sufficienter vniuntur, si neutra alter se habeat postquam ante.

Quæ opponit Gregorius, ut ostendat nulla

opus esse mutatione in humanitate ad hoc ut vniatur Verbo, falsa sunt, & non habent difficultatem. Si quæ aliquâ explicatione indigeant, commodius proponuntur dubio sequenti. Itaque

D V B I V M I I.

Quid producat in humanitate ad hoc ut illa vniatur Verbo in mysterio Incarnationis?

GABRIEL in 3. dist. 1. q. 1. art. 1. post 2. notationem refutat sententia Gregorij, & solutis eius argumentis, existimat produci in humanitate qualitatem quandam supernaturalem, per quam formaliter vniatur Verbo. Videri etiam potest in 1. dist. 30. q. 4.

Plerique consent in ea produci relationem, à qua humanitas dicitur vnita. D. Thom. hic. Scotus in 3. distinct. 1. quaest. 1. §. sed oppositam videtur probabilis. Dur. distinct. 5. quaest. 2. & alij.

Multi recentiores tenent produci quiddam substantiale quod sit vnio & nexus naturæ humanæ cum diuinâ personâ Verbi; iuxta quam sententiam commodè possunt intelligi Scotus & alij, qui per relationem non videntur intelligere prædicamentalem & accidentalem, sed aliquid per modum relatiui se habens, quod non tantum respiciat id in quo est, sed etiam aliud per modum termini. Quod videtur patere ex Scoto, Durando & Gabriele referente Scoti sententiam, & id tenent Suarez disp. 8. sect. 3. concl. 3. Vafq. disp. 13. capit. 3. Becanus de Incarnatione capit. 2. quaest. 2. Lorca disp. 13. & plures alij.

Dico 1. non potest vlla realis qualitas in humanitate producta, esse id per quod illa formaliter vniatur Verbo.

Prob. 1. vnio humanitatis cum Verbo est substantialis, & compositum ex illis resultans est vnum per se, ut patet ex articulo 6. id autem non potest esse, si id quo vniatur natura humana Verbo, sit qualitas: cum ea sit accidens, & proinde non possit concurrere ad vnum substantiale constituendum, siue ea spectetur per modum formæ alicui inhaerentis, siue per modum vinculi, quo duo inter se connectantur. Conf. huiusmodi qualitas non potest vnire extrema, nisi alicui eorum formaliter inhaerendo inhaerens proprie dicta, cum sit accidens reale habens esse realiter distinctum à natura humana, & proinde constituendo cum eadem compositum per accidens; atqui repugnat aggregatum per accidens concurrere cum aliquo alio ad vnum per se constituendum.

2. Nulla realis qualitas habet oppositionem cum propria substantia naturæ humanæ, ergo non potest illi esse ratio quâ vniatur Verbo. Conseq. prob. quod est ratio quâ humanitas vniatur Verbo, non potest esse in rerum naturâ quin humanitas sit Verbo vnita; existente autem eo, quod non opponitur proprie substantiæ humanæ naturæ, non necessarîo eadem natura vniatur Verbo. Prob. si ea quæ nullam habent oppositionem simul ponantur, nihil sequitur impossibile, nihil ergo sequitur impossibile, si cum

62.

Referuntur sententia. Gabriel vult produci in humanitate qualitatem supernaturalem. s. Tho. Scot & alij relationem.

Sed non videntur intelligere prædicamentalem. s. uar. v. 43. Lorca. quiddam substantiale.

63. Conclud. Nequit humanitas vni in Verbo per qualitatem. Ratio.

Qualitas facit ens per accidens.

Ratio 2. 64. Id quo humanitas vniatur Verbo debet habere oppositionem cum propria substantia naturæ humanæ.

Heb. 2.

60.

Natura humana copra cise quod producta sit sine propria personalitate, non potest censeri vnita.

Incarnatio debet habere terminum quo positum.

61.

Non sufficit poni compositum quod ante non erat.

huiusmodi qualitate natura retineat propriam subsistentiam, nec Verbo diuino inexistat.

3. Quaelibet realis qualitas secundum naturalem rerum exigentiam supponit rem quam afficit subsistere, ita ut res naturaliter prius exigit subsistentiam seu subsistere, quam affici formis accidentibus: igitur nulla qualitas potest esse vniō, quā natura humana vniatur Verbo.

Dices: videmus in Christo accidentia, quae non supponunt propriam personalitatem naturae humanae; igitur antecedens argumenti falsum est.

Resp. negando conseq. quia etiam in Christo natura humana prius natura terminatur à Verbo, & subsistit eius subsistentiā, quam censetur accidentia recipere. Adde non obstante eo quod in argumento sumitur, verum esse quod secundum naturalem exigentiam qualitates reales supponant subsistentiam rei quam afficiunt, cum vnaquaeque res nata sit naturaliter prius perfici & compleri in suo ordine, quam ornari formis aduenticijs alterius generis.

4. Si subsistentia creata differat re à natura substantiali non vnitur illi medio aliquo accidente, ergo neque Verbum vnitur humanitati mediā qualitate supernaturali.

Petes, an sententia Gabrielis aliquam censuram mereatur?

Aliqui censent eam accedere ad errorem Nestorij, alij negant, & quidem certum est Gabrielem non sentire idem formaliter cum Nestorio; quia censet humanitatem in Christo subsistere subsistentia Verbi, & vnicam in Christo esse personam. Et Concilia quae damnant haeresim Nestorij solum concedentis vniōem Incarnationis factam per gratiam, proprie non faciunt contra Gabrielem, quia Nestorius per huiusmodi gratiam solum volebat humanitatem extrinsecē vni Verbo, sicut instrumentum extrinsecum, & ratione operationis, affectus, authoritatis, &c. Gabriel autem vult eam realiter vni in vnitatem personae.

Quamvis autem id ita sit, ex doctrina Gabrielis facile inferri potest error Nestorij, ut patet ex 1. & 2. argumento. Proinde ex eius sententia potest deduci à parte rei sententia Nestorij.

Ex dictis in hac conclusione sequitur humanitatem non esse formaliter vnicam Verbo per relationem accidentalem, cum inde non posset vnum per se resultare. Præterea relatio quae hic posset intervenire, est posterior vniōe, & ex ea resultans in natura humana, ita ut habeat pro fundamento ipsam vniōem, vel naturam humanam vnicam; cum enim sit relatio vnitae, & per quam aliquid refertur ad aliud tamquam illi vnitum, non potest esse prima ratio quā extrema censentur inter se copulari. Adde quod ad relationē propriam non terminetur actio, igitur Incarnatio debet habere alium terminum, & quidem priorem relationem.

Dico 2. per actionem quā natura humana vnitur Verbo, producitur quidam modus substantialis, qui potest dici inexistens in Verbo, qui modus propriae personalitati repugnat.

Hae conclusio videtur patere ex præcedenti conclusione iuncta conclusioni superioris dubij. Dictum est enim debere aliquid produci in humanitate, quo illa vniatur Verbo; id autem non potest esse accidens proprie dictum, pertinens sci-

licet ad aliquod prædicamentum accidentis. Relinquitur ergo quod producatur aliquid pertinens ad genus substantiae, scilicet tamquam nexus, quo natura humana & diuina persona conueniant ad vnum substantiale & ad constituendum vnum per se; qui nexus non est res habens entitatem separabilem ab extremis, & quae seorsim ab eis possit existere, sed est aliquid modale.

Notandum 1. hunc modum dicere intrinsecum ordinem ad personam Verbi, ita ut repugnet naturam humanam illo affici, & non inexistere Verbo, & ab illo terminari. Quamvis ergo dependeat à tota Trinitate tamquam à causa efficiente, dependet tamen à solo Verbo tamquam à termino; ita ut per illum modum natura humana non possit vni Patri vel Spiritui Sancto, sed ad hoc indigeat alijs specialem ordinem ad tales personas dicentibus.

Notandum 2. quod licet hic modus entitativè sit aliquid creatum, sit tamen maxima perfectio supernaturalis, ut ex dictis patet, cum dicat immediatum ordinem ad Deum, & per eum tamquam nexum & applicationem natura humana inexistat Verbo, & euehatur ad esse personale diuinum, ita ut idem sit Deus & homo.

Notandum 3. non debere assignari vnum simplicem modum, sed duos: vnum ex parte animae, alterum ex parte corporis; nam ut patet ex dictis constat, partim ex infra dicendis, vtrumque à Verbo est assumptum, & illi inexistit; igitur vtrumque respondet suis modis. Conf. 1. modus animae est spiritualis, qui non conuenit corpori, sed pro eo quidam modus corporeus est assignandus. Conf. 2. vnus & simplex modus non potest aequè immediatè esse in duobus re distinctis, quod tamen debet fieri, si vnus modus esset constitutus pro vniōe animae & corporis. Prob. quia vtrumque aequè immediatè à Verbo est assumptum, & neutrum alteri inexistit.

Notandum 4. si dentur relationes reales ex rei natura distinctae à fundamentis & ratione fundandi, ex hac vniōe resultare in humanitate Christi relationem, per quam referatur ad Verbum, cuius relationis fundamentum sit humanitas, vniō vero sit ratio fundandi. Relatio autem quae vicissim posset concipi resultare ex parte Verbi, non est realis, sed rationis; quia Deus non refertur relatione reali ad creaturas, ut habet communis sententia. Quamvis ergo humanitas possit dici vni Verbo, tum à se tamquam termino vniōis, tum ab ipso modo tamquam vinculo quo extrema vniuntur, tum ab ipsa relatione reali resultante; Verbum tamen solum dicitur vnitum ratione sui tamquam extremi, quod vnitur humanitati, & ratione vniōis sibi tamen formaliter extrinsecæ, non autem ratione vllius relationis realis quae in eo resultet.

Contrà hanc conclusionem & simul resolutionem superioris dubij, potest obijci 1. quod sancti Patres non agnouerint quidquam produci in humanitate, quo illa vniatur Verbo; sed videantur indicare illa immediatè inter se esse vnitae; item humanitatem immediatè inexistere Verbo, per illud subsistere, & ab illo immediatè terminari.

Resp. quamvis Patres non meminerint illius modi, non sequi quod illum ignorarint, cum potuerint illum negligere tamquam non magno opere facientem ad suum scopum: nam agentes contra Nestorium, solum debuerunt ostendere vnam in Christo esse personam, & hominem in eo non esse

Not. 1.

69.

Hic modus pendet à tota Trinitate ut efficientē, à solo Verbo ut à termino.

Not. 2.

Not. 3.

Duplex modus est assignandus vnus ex parte corporis, alter ex parte animae.

70.

Not. 4.

71.

Verbum vnitur ratione vniōis sibi formaliter extrinsecæ.

Obiectio 1.

Resp.

72.

Patres potuerunt illius modi non meminisse quia ad scopum eorum id non faciebat.

esse suppositum diuissum à Deo, siue id fieret per vnionem quandam tamquam modum nature humane superadditum, siue absque vilo superaddito, cum vtrumuis saluâ fide dici possit.

Dici etiam
potest ipsos
illum modum
subintelle-
xisse.

Potuerunt etiam illum modum subintelligere, utpote necessarium ad hoc, ut duo in eandem personam conueniant: supponentes, inquam, id quod ex rei natura est necessarium ad hoc, ut compositum exurgat ex natura humana & persona Verbi. Sæpe enim contingit ut non fiat expressa mentio alicuius rei eo quod nullus eam neget, vel de eâ disceptet, quæ tamen non debet censeri eo ipso negari.

73.

Ad aliud, dico, Patres solum velle humanitatem & Verbum vniri inter se immediatè tamquam terminos, non verbò negare id, quo vniuntur tamquam vinculo: seu velle naturam humanam vniri Verbo seipsâ immediatè per modum extremi quod vnitur, item eidem inexistere; non verbò velle, nullum nexum inter illa intercedere, quia tali nexui non inexistit natura, ut illo mediante inexistat Verbo, sed is solum se habet tamquam id, quo natura Verbo inexistit.

Obiectio 2.

Obijciatur 2. in Verbo est vis sufficiens terminandi naturam humanam, & in hac est potentia obediens: ut terminetur à Verbo; igitur non est opus vilo tertio à parte rei superaddito, ut natura humana sustentetur à Verbo.

Resp.

Resp. neg. conseq. quia ex antecedente solum sequitur quod hæc possint sibi inuicem immediatè coniungi per modum terminorum seu extremorum, non autem sequitur quod non requirant id, quod ex generali ratione coniunctionis requiritur ad hoc, ut duo distincta inter se connectantur.

74.

Obiectio 3.

Obijciatur 3. si detur talis vnio, ipsamet vnitur Verbo, igitur ipsamet indigebit alia vnione ut vniamur, & ita in infinitum: vel non indigebit, & idem poterit dici de humanitate, quod scilicet sine vnione superaddita & à parte rei distinctâ possit vniri Verbo.

Resp.

Vnio vnitur
seipsa.

Resp. vnionem ipsam vniri seipsâ. Non enim solum est humanitati ratio cur vniamur Verbo, sed etiam seipsâ illi vnitur: ut quo: quemadmodum actio non solum est ratio propter quam effectus dependeat à causa efficiente, sed etiam seipsâ ab eodem dependet. Ex quo patet, in huiusmodi dependentijs non dari progressum in infinitum.

Nego tamen idcirco dici posse, quod humanitas possit vniri sine vilo superaddito propter rationes superiori dubio factas, & quia non sequitur, si id quod est vinculum quo duo inter se connectuntur, possit dici seipso vniri: ut quo, idem dicendum de ipsis extremis quæ vniuntur: ut quod obiter.

75.

Vnio ipsa
etiam Verbo
inexistit.

Aduerte ex his sequi etiam ipsam vnionem inexistere Verbo, cum enim inest humanitati eamque afficiat; sequitur eam saltem mediante humanitate inesse illi, cui inest humanitas.

Obiectio 4.

Obijciatur 4. Verbum absque vllâ sui mutatione vnitur humanitati Christi, & absque eo quod quidquam sibi intrinsecum recipiat; igitur natura humana potest eidem vniri, quamuis nihil in eâ producat per quod vniamur.

Resp.

76.
Necesse est
cipi duo
prius non
vnita, po-
tente vniri,

Resp. neg. conseq. quia ut superiori dubio ostensum est, non videtur posse intelligi quod duo prius non vnita postmodum vniantur, si in neutro eorum intercedat mutatio: debet ergo aliqua mutatio inueniri saltem in aliquo extremorum, quæ mutatio necessariò debet assignari ex parte

nature humane, ut patet ex suppositione superiori dubio factâ. Atqui, ut patet ex discursu à nobis facto, non sufficit alia mutatio quàm ea quæ modus quidam substantialis producit in humanâ naturâ.

in neutro
interuenit
mutatio.

Contrâ, verè dicitur, *Verbum est vnium humane nature*; ergo in se habet id, per quod est vnium: vel ergo debuit mutari, vel humana natura sine simili mutatione poterit esse vnita. Prior conseq. prob. hæc prædicatio, *Verbum est vnium* est per modum prædicationis effectus formalis; atqui quando effectus formalis prædicatur de aliquo, causa formalis debet eidem inesse, ut patet in hac propositione, *ferum est calidum*; inde enim bene inferitur ferro inesse calorem.

Replica.

Conf. hæc prædicatio, *Verbum est vnium*, non est per modum denominationis extrinsecæ qualis est hæc, *Petrus est visus*; sed per modum denominationis intrinsecæ; alioquin Verbum non esset substantialiter vnium nature humane, neque vnum per se cum ea componeret.

77.

Resp. distinguendo prius consequens; si enim intelligatur quod Verbum debeat in se habere formam, per quam dicatur vnium, concedo conseq. & dico Verbum habere in se id quo per modum termini est vnium nature humane, scilicet ipsam suam personam, & ab hac forma denominari intrinsecè vnium, si verò intelligatur, quod debeat in se habere modum, seu applicationem suæ formæ ad aliud, nego eandem conseq. ad cuius probationem.

Refellitur.

Resp. Verbum dici vnium à formâ sibi intrinsecâ, scilicet suâ personalitate nature humane coniunctâ, atque adeò ab aliquo sibi intrinsecò, quod non quidem sit nexus, quo alteri vniamur, sed quod sit extremum, quod vnitur. Per quod patet responsio ad confirmationem.

78.
Verbum di-
citur vnium
à formâ sibi
intrinsecâ,
sc. sua per-
sonalitate
humanitati
coniunctâ

Adde, quod si Verbum dicatur vnium formaliter ab ipso modo vnionis, sit aliquo modo denominatio extrinsecæ; quo tamen non obstante vnitur substantialiter humanitati, quia vraliquid dicatur alteri vniri substantialiter, non requiritur ut recipiat in se subiectiue modum substantialem, quo dicitur alteri vniri: sed sufficit ut terminet vnionem, quæ in altero extremo producit, & dicit infimum ordinem ad illud.

79.
Vt quid di-
catur alteri
substantial-
iter vniri, nõ
requiritur
ut recipiat
vnionem, sed
sufficit vtrâ
terminet.

Declaratur in simili, in anima & corpore vnitis: Variorum enim sententiâ datur vnus modus, quo huiusmodi partes inter se connectuntur, qui proinde subiectiue solum existit in vna parte, eamque afficit per modum subiecti; terminatiue tamen respicit alteram partem, quæ ratione illius vnionis non existentis in se formaliter potest dici vnita tamquam à conditione quæ illam partem respicit tamquam terminum: à seipsa verò dicitur vnita tamquam à termino vnionis.

Declaratur
simili.

Ad 2. conseq. argumenti, Resp. negatiue: nam etiam dictis patet, Verbum non debuisse mutari propter huiusmodi denominationem, & tamen nõ sequi naturam humanam potuisse vniri Verbo absque mutatione à nobis assignata. Adde quod humanitas dependeat à Verbo, & actio quæ inuenta est in Incarnatione, fuerit versata circa humanitatem, non circa Verbum, unde mutatio debuit inueniri ex parte humanitatis.

Obijciatur 5. terminare de nouo seu sustentare naturam humanam, nihil ponit reale vel modale in Verbo; ergo terminari à Verbo nihil ponet de nouo in humanitate.

Resp. neq. conseq. cuius ratio ex dictis peti potest.

Resp.

80.
Actio in-
uenta in In-
carnatione
versata fuit
circa huma-
nitatem.

Obiectio 5.

potest, quod scilicet ideo per Incarnationem nihil de nouo ponatur in Verbo, quod vnio non fiat per actionem, quæ versetur circa Verbum, sed circa naturam humanam; Verbum enim ideo subsistentat naturam humanam, quia illa est attrita Verbo, vt illi insit, & ab eo dependeat, ad quod non est opus vt Verbum recipiat vllum nouum modum, vel vt habeat dependentiam vllam ab humana natura.

Notandum 1. particulas *terminare, sustentare*, non denotare actionem, cum omnis Dei actio ad extra procedat à tribus personis; sed solum denotare terminum seu rationem termini sine vlla efficientia: quemadmodum cum dicitur humana subsistentia terminat humanam naturam, non denotatur vlla actio ipsius subsistentiæ, sed solum ratio termini.

Notandum 2. personam Verbi non tantum esse terminum qui ad se assumit humanam naturam, sed insuper esse vltimum terminum actionis, quia per Incarnationem resultat persona composita ex & in duabus naturis; cum persona Verbi ad hoc assumat humanitatem, vt hæc eidem personæ inest, & inde resultet persona composita.

Obijciunt 6. materia & forma seipsis immediate vniuntur ad compositum & vnum per se constans, igitur etiam possunt in vnum conuenire immediate humanitas & Verbum sine vilo superaddito.

Varij censent materiam & formam sine vilo superaddito vni, ita vt possint omnibus conuenientibus dispositionibus in materia, & formâ illi intime præsentem, nullo superaddito exurgat vnum per se, quod videtur difficile, quia nullo modo videtur negandum quod Deus possit ponere formam in materiâ, & non exurgat vnum per se: ergo localis instantia non sufficit ad huiusmodi unitatem inducendam. Adde si localis præsentia differat ab extremis, eam esse accidens ex quo non sequitur omnimoda necessitate, quod ea quæ sunt præsentia, coeant in vnum per se, ne quidem si materiâ sit dispositionibus præparata.

Dices vnionem in his non consistere, sed solum ex his sequi.

Verum id non videtur solidum, cum etiam illis omnibus postis requiratur noua actio, vt ex partibus oriatur vnum per se, ad quam actionem ponendam Deus non necessitatur, eo quod forma sit intime præsens materiæ dispositæ. Adde quod Deus possit facere vt materiâ & forma coeant in vnum per se, licet nullæ in materiâ præcedant dispositiones.

Ad argumentum ergo Resp. neg. antec. si intelligatur quod ex materiâ & formâ confletur vnum compositum sine vnione ab illis distincta; quamuis nulla alia re tamquam termino intercedente vniatur, & hoc sensu vniatur immediate seipsis, scilicet tamquam terminis. Et huiusmodi vnionem admittunt Conimb. 1. phys. cap. 9. q. 3. in fine, & 2. phys. cap. 7. q. 8. art. 1. Suarez tomo 1. metaphys. disp. 13. sect. 9. num. 5. Vasq. tomo 1. in 3. partem disp. 19. cap. 2. num. 24. & 25. Et quamuis inter philosophos controuertatur in quo modus ille subiectetur, alijs dicentibus esse in forma, quod censent Suarez & Vasquez sup. alijs asserentibus duos modos assignandos, quorum vnus sit in materiâ, alter in forma, quod censent Conimb. q. 8. citata, & videtur supponere Suarez art. sequenti in commentario §. dices 1. alijs denique constituentibus in sola materiâ; non

auget in præsentem difficultatem: quia si duplex modus inueniatur id non oritur ex generali ratione vnionis, sed ex eo, quod extrema à se inuicem dependeant, quæ dependentia cum non inueniatur in Verbo respectu humanitatis, & actio non versetur circa illud, non est quod ponatur modus afficiens illud tamquam subiectum.

Porro quod dictum est de vnione partium, etiam dicendum de accidente reali inherente subiecto, videlicet illi inherere mediante inheretia, quæ est modus quidam accidentalis ab accidente reali distinctus.

D V B I V M III.

Quis sit terminus formalis ad quem vnio nis, in quantum est actio?

V I D E R I possit esse ipsum Verbum, quia est præcipuus terminus, & se habet per modum actus. Et hoc aliqui tribuunt Capreolo.

Alij censent esse ipsam humanitatem vt communicatam, tenet Vasq. disp. 19. cap. 2. num. 13.

Tertio alijs existimant esse ipsam vnionem seu modum substantialem, de quo præcedenti dubio actum est. ita Dur. dist. 5. q. 2. Suarez disp. 8. sect. 3. §. sed in hoc nihil. Ratio esse potest, quod tam Verbum quam humanitas illi actioni præsupponantur, saltem humanitas præsupponatur secundum naturæ ordinem, vnio vero non supponatur; atqui terminus formalis non videtur posse supponi actioni. Conf. terminus formalis est ille qui proximè & immediate pendet ab actione, in præsentem autem nihil est præter modum vnionis, qui sit immediate per actionem, Incarnationis.

Quamuis autem, vt notat Suarez sup. ea discrepantia oriri possit ex eo quod non satis conueniat quid significetur nomine termini formalis, dum aliqui hoc, alijs aliud ad rationem termini formalis requirunt; videtur tamen verius, quod ipsa humanitas vt communicata sit terminus formalis huius actionis; pro cuius rei probatione

Videtur supponendum ad rationem termini formalis non requiri vt producatur ipsa actio, sed sufficere si communicetur, quod ostenditur in aeterna generatione filij Dei, cuius formalis terminus communicati Doctorum sententiâ constituitur diuina essentia vt communicata; & ita nominatim censet Suarez 1. parte lib. 6. de Trinitate cap. 6. Vasq. 1. parte, tomo 2. disp. 162. cap. 3. & plurimi alijs. Similiter in generatione naturali, non solum aliorum animalium est ipsa forma, sed etiam hominis, terminus formalis communiori sententiâ ponitur anima rationalis, quæ saltè prius natura supponitur esse quam sit generatio, essetq; verus terminus formalis, quamuis prius tempore existens coniungeretur corpori: quod probatur. Is est dicendus terminus formalis generationis, in quo agens assimilatur sibi effectum, cum per generationem producatur simile, & ipsa generatio sit productio similis vt similis; atqui generas assimilatur sibi effectum in natura & forma, non vero in vnione; igitur ipsa forma est terminus formalis. 2. is est dicendus terminus formalis alicuius actionis, ratione cuius terminus totalis dicitur talis natura; cum omnis actio eo tendat, vt res per eam fortitur talem vel talem naturam seu essentiam: quod etiam fieri potest quamuis forma, per quam terminus totalis fortitur talem essentiam,

85.

Cū actio nō versetur circa Verbum, non est quod ponatur modus afficiens illud vt subiectum.

Sententia
varia.
Capreol.

86.

Vasq.

Durand.
Suarez.

Auctor ap-
probat sen-
tentiam
Vasq.

87.

De ratione
termini
formalis nō
est produci,
sufficit si
communi-
cetur.
Declaratur
similibus.

88.

Prob. conclusio.

tiam, non producat per huiusmodi actionem, sed solum communicatur.

Ex his videtur probari conclusio. Incarnatio eo tendit, ut Deus fiat hominigitur id debet dici & constitui terminus formalis, per quod fortiter esse hominis: id autem est humanitas unita Verbo, & à Verbo assumpta, per quam tamquam per naturam Christus sortitur esse specificum hominis.

Instatur contra ratione allata.

Dices hinc sequi potius ipsam animam rationalem esse terminum formalem, cum illa sit forma tribuens esse specificum hominis.

Resp.

Resp. negando seq. quia per Incarnationem non solum assumitur anima, sed etiam corpus. Igitur id totum in presenti debet fortiter rationem termini formalis ipsius Incarnationis.

89. Instatur secundò.

Dices, Verbum etiam communicatur humanitati, ergo poterit similiter dici terminus formalis Incarnationis.

Resp.

Resp. negando conseq. cuius ratio peti potest ex dictis quod scilicet hæc actio non versetur circa Verbum, sed circa humanitatem, neque eo tendat ut homo fiat Deus assumendo deitatem, sed ut Deus fiat homo assumendo humanitatem, & eam elevando ad esse personale Verbi, à quo terminetur & sustentetur.

Respondetur argumētis initio dubij posit.

Ex quo patet responsio ad id, quod initio dubij pro ea parte assertur, dico enim quod licet Verbum sit præcipuum in composito quod est Christus, & seposita imperfectione se habeat per modum actus, non tamen sit terminus formalis actionis, quia filius Dei est incarnatus, cum non sit id quo compositum sortitur esse specificum, quod per incarnationem de novo acquiritur.

90. Verbum non est terminus formalis actionis qua filius Dei est incarnatus.

Ex suppositione etiam patet responsio ad id, quod pro tertia sententia assertur, negatur enim minor argumenti, cuius ratio ex dicta suppositione peti potest.

Sufficit ut terminus pendeat ab actione in quantum per eam communicatur.

Ad confirmationem Resp. similiter negando ass. nam sufficit ut terminus pendeat ab actione, in quantum per illam communicatur. Porro licet per Incarnationem non producat humanitas, per eam tamen communicatur. Dicit ergo potest quod unio sit quidem conditio necessario requisita ut humanitas sortiatur rationem termini formalis, non tamen sit ipse terminus formalis.

Unio est conditio requisita ut humanitas sortiatur rationem termini formalis.

Ex quo facile potest colligi quis sit terminus à quo Incarnationis, de quo var. pluribus disputant, & iuxta diversas considerationes varios constituunt. Sed res videtur minoris momenti, in qua breuiter dico terminum totalem esse hoc totum non Deus homo, seu negationem compositi ex persona diuina & natura humana; terminum verò formalem esse negationem humanitatis in Verbo, quia hac ratione optimè sibi respondent termini ad quos supra explicati, & termini à quibus.

91. Totalis terminus à quo Incarnationis, est non Deus homo; formalis verò, est negatio humanitatis in Verbo.

Et hæc quidem determino formali ad quem, dicta sint supponendo humanitatem non produci per ipsam actionem Incarnationis, sed solum iniri Verbo, de quo tamen supposito videtur posse esse aliqua ratio dubitandi, itaque,

D V B I V M IV.

An per Incarnationem humanitas in re-
rum natura producat?

92. Affirmatiua datur. S. Leon.

PARS affirmatiua videtur suaderi auctoritate S. Leonis, qui epist. 11. ait. *Natura nostra non se*

assumpta est, ut prius creata, post assumeretur, sed ut ipsa assumptione crearetur. Et Fulgentij de Incarnatione & gratia cap. 3. dicentis: ipsa acceptio carnis, sicut conceptio virginis, & infra, una quippe fuit in utero Marie Virginis conceptio divinitatis & carnis, & unus est Christus Dei filius in utraque natura conceptus.

2. Ratione de fide est B. Virginem esse matrem Dei, & Deum concepisse; id autem dici non potest, nisi in Incarnatione etiam ipsa humanitas fuerit producta; ergo, minor prob. si natura humana per Incarnationem non fuit producta, sed per aliam actionem, cum illa sit prior unione humanitatis cum Verbo, ratione illius actionis B. Virgo non potest dici Deum concepisse, quemadmodum quia creatio anime est alia actio ab ea qua anima vnitur corpori, creatio anime etiam eodem instanti facta quo ea vnitur corpori, non est generatio, neque Deus ex eo quod creet animam, dicitur hominem generare. Et hanc partem sequuntur quidam moderni Thomistæ ut refert Suarez disp. 8. sect. 1. §. prima sententia est, ut excludant existentiam creatam ab humanitate Christi.

Verius tamen est Incarnationem ita esse actionem vnitivam, ut per illam nullo modo producantur ipsa extrema.

Prob. illa actio est supernaturalis, productio autem humanitatis est naturalis; ergo ex distinguuntur, & per consequens humanitas non potest produci per Incarnationem.

2. Anima rationalis etiam Christi producta est per veram creationem eiusdem rationis cum creatione aliarum animarum, quod dici non posset, si anima eadem planè actione esset producta & Verbo unita. Conf. ipsamet unio quæ per Incarnationem producta est suo modo inest anime & corpori tamquam modus supernaturalis, qui conformiter nature suæ postulat animam & corpus ordine nature præexistere.

3. B. Virgo eodem modo concurret ad productionem humanitatis in Christo, & ad generationem illius ut homo est, quo ceteræ matres concurrunt ad generationem filiorum: id autem dici non posset si eadem esset actio per quam humanitas producta est, & per quam Verbo est unita, ergo, ma. prob. ex communi Doctorum conceptu, & quia nullus censet B. Virginem æquiuocè dici matrem comparatione aliarum, quod deberet dici si respectu generationis filij Dei & humanitatis illius non concurreret eodem modo quo ceteræ matres concurrunt. minor. prob. Beata Virgo non nisi instrumentaliter potest concurrere ad unionem humanitatis cum Verbo; cum ea non fiat nisi per actionem supernaturalem & excedentem virtutem creaturæ. Adde quod propter huiusmodi concursum B. Virgo non censetur præbere concursum proprium generationi, nec per se loquendo actio tenderet ad terminum similem matri, sed valde per accidens ea similitudo se haberet, quod non sufficit ad generationem propriè dictam.

Ad ea quæ pro parte affirmatiua afferuntur, Resp. S. Leonem nolle vna eademque actione animam Christi creatam & Verbo unitam, sed solum creationem illius non præcessisse tempore vnitionem eiusdem cum Verbo, sed illas actiones eodem planè tempore exercitas: quod patet ex eadem epistola. Idem sensus est Fulgentij, qui solum vult B. Virginem non concepisse carnem quomodo documque; sed carnem quæ esset filij Dei, atque adeo concepisse Deum.

Fulg. & ex ratione.

93. Sententia Auctoritatis Incarnationem non esse productam ipsa extrema. Prob.

94. B. V. eodem modo concurret ad generationem Christi, quo ceteræ matres.

95.

Satisfit argumentis affirmatiua. Explicatur S. Leo & Fulgent.

Ad

ARTICVLVS IX.

Virum vnio duarum naturarum in Christo sit maxima?

NOTANDVM S. Thomam per maximam intelligere eam quæ tendit ad maximam vnitatem; ad hoc verò distinguit personam ab extremis, & concipit diuinam naturam & humanam tamquam extrema quædam quæ vniuntur, personam verò tamquam aliquod tertium in quo vniuntur. hoc prenotato,

Respondet 1. hanc vniionem esse maximam vniionem ex parte eius in quo extrema vniuntur: nam vniuntur in vnitatem personæ diuinæ, quæ est maxima vnitatis, ita vt diuina natura identificetur personæ, natura verò humana vniatur ei substantialiter, & ad esse eius personale eleuetur; ergo non datur maior vnio quam sit ea quæ facta est in personâ Christi.

Respondet 2. non esse maximam vniionem ex parte extremorum, cum etiam post vniionem extrema remaneant integræ naturæ; ergo ex parte extremorum quæ vniuntur maior aliqua dari potest, v. g. materiæ & formæ, ex qua vna natura & essentia conflatur.

Dices 1. materiæ & formæ maiorem habent inter se proportionem; igitur earum vnio est maior, contra priorem responsum.

Resp. neg. conseq. quia non obstante maiore earum proportionem naturali, compositum in Christo est multò magis vnum, quia simplicius.

Dices 2. ex materiæ & formæ substantiali fit vnum essentiale.

Resp. inde solum sequi plures modos vniionis inter illas reperi, non verò esse maiorem vniionem intensionem.

Notandum vniionem hypostaticam duobus alijs modis posse dici maximam: 1. in ratione vniionis & nexus, quod scilicet sit archissima inter vniiones, quia per eam longè indissolubilius copulantur natura humana & persona diuina, quam vlla alia inter se copulentur, v. g. materiæ & formæ substantialis, etiam formæ cæli; item quàm vllum subiectum cum accidente; quàm res & modus eiusdem naturalis, & quàm nexus gratiæ cum anima. Et quamuis Durandus dist. 5. q. 3. contrarium putet de vniione materiæ & formæ substantialis; quod diximus patet, quia in triduo mortis ea destructa est, remanente vniione hypostaticâ earundem partium cum Verbo. 2. constat vniionem materiæ & formæ posse destrui ab agente naturali, hanc verò à nullo naturali agente tolli posse.

2. Dicit potest maxima dignitate: nam inter vniiones est excellentissima, longè superans dignitatem quamlibet aliam vniionem, cum per illam conferatur maximum beneficium, & natura humana coniungatur substantialiter Deo, & eleuetur ad esse personale diuinum, quod superat omnem aliam dignitatem, quæ possit creaturæ communicari, & ratione illius tamquam nexus diuinæ naturæ & humanæ in eodem supposito, homo est & dicitur Deus, & patriâ adoratur.

Dices 1. maius est beneficium esse gratum Deo quàm esse eius matrem; ergo quàm coniungi ei eodem hypostaticè.

Resp. neglecto antecedente neg. conseq. quia

D

ratio-

ARTICVLVS VIII.

Virum vnio Verbi Incarnati sit idem quod assumptio?

RESPONDET negativè; vnio enim dicit relationem, assumptio verò actionem; quo sensu doctrinæ D. Thomæ vera est.

Quæri tamen potest, quomodo ea differant si vnio sumatur pro vniione seu actione?

Resp. & dico in ipsâ non differre, sed vnam eandemque actionem esse vniionem, assumptionem, Incarnationem, consideratam secundum diuersos respectus. Vnio solum designat extrema coniungendi, nihil aliud connotando. Vnde ratione actionis Incarnationis, potest vtrumque extremum dici vniiri vel vnitum, seu eodem modo denominari. Assumptio designat idem esse principium effectuum actionis, & simul terminum rei, quæ dicitur assumi: assumere enim est aliud ad se sumere, scilicet tanquam ad terminum ad quem illud aliud trahitur. Hinc non eodem modo denominat vtrumque extremum; nam Verbum dicitur assumens, non autem assumptum; natura verò humana dicitur assumpta, non assumens, quia illa non sumpsit ad se Verbum, sed contrâ Verbum eam ad se traxit, vt scilicet illaterrinaretur & sustentaretur à Verbo. Quia verò vox assumptio sonnotat ipsum principium actionis esse etiam terminum rei quæ dicitur assumpta, solus Filius dicitur naturam humanam assumptisse, non verò Pater vel Spiritus Sanctus; quàmvis de cætero sit principium effectuum ipsius Incarnationis, non minùs quàm Filius, quia solus Filius naturam humanam terminat. Incarnatio eandem actionem significat connotando rem quæ assumpta est & Verbo vniita. Hinc Verbum dicitur incarnatum, quo significatur carnem vnitam Verbo, quo modo loquendi non potest dici, natura humana est incarnata.

100.

Concl. 1.

Vnio hypostatica quo sensu maxima ex mente S. Thom.

Concl. 2.

101.

Compositum in Christo est multò magis vnum quàm compositum ex materiæ & formâ.

102.

Vnio hypostatica cuius dici potest maxima, indissolubilitate & dignitate.

Durand.

103.

Obiectio 1.

Resp.

ratione maternitatis, aliqua non coniungitur Deo substantialiter, nec euechitur ad esse personale diuinum, unde ex eo quod nexus per maternitatem supponatur inferior nexu per gratiam, non sequitur hunc esse inferiorem.

104. Adde, quod nexus vnionis hypostaticae moraliter sit principium gratiae in natura Deo hypostaticae coniunctae; nam conuenienter conditioni istius vnionis, gratia habitualis debito quodam congruentiae debetur naturae Deo vnita; & proinde potest ad illam comparari tamquam morale eius principium.

Obiectio 2. Dices 2. visio beatifica perfectius coniungit Deo; & excludit omnem miseriam.

Resp. Ad prius resp. negatiue. quia solum coniungit Deo tamquam obiecto, & ipsa gratia solum accidentaliter coniungitur personae videnti Deum.

105. Ad aliud dico id non efficere ut sit dignior, quia dignitas & excellentia vnionis non debet spectari ex eo quod tollat, vel non tollat miseriam, sed ex termino & modo quo vnit illi termino. Per vnionem autem hypostaticam humanitas longe excellentiori termino vnitur & modo longe excellentiori, quam homo vnatur gratiae vel visioni beatificae.

Ex obiectione solum sequitur, quod si spectetur haec vnio praecisus omnibus quae illam comitantur, non sit optabilior creaturae, quam status beatificus, quia ex se praecise non ita liberat ab omni miseria, nec est necessaria ut creatura bene sit.

Impugnatur responso. Dices: haec vnio potest communicari naturae irrationali, cui non potest communicari status beatificus, ergo signum est eam esse minus dignam.

Defenditur. Resp. neg. conseq. quia quod visio non possit communicari creaturae irrationali, oritur ex eo quod illa non possit vitali modo Deum possidere, cum sit extra limites obiecti illius, non vero oritur ex maiori perfectione ipsius visionis supra omne aliud donum: cum ergo sit maius conuenire substantialiter cum Deo in vnitate suppositi, quam solum eam possidere per modum obiecti, vnio hypostatica etiam naturae irrationalis est excellentior quam sit vnio cum Deo per visionem beatificam.

106. Vnio hypostatica est maior perfectio, quam visio beatifica. Dices 3. haec vnio est solum modus, qui non habet entitatem separabilem a natura cui inest; ergo est minus excellens quam gratia vel beata visio, quae habent perfectam entitatem supernaturalem.

Obiectio 3. Resp. neg. conseq. quia, non obstante eo quod in argumento sumitur, haec vnio longe est sublimioris ordinis, & habet terminum longe sublimiorem quam sit gratia vel visio beatifica.

Resp. Nota periculum, per designare causam efficientem, nam haec vnio procedit ex liberali Dei voluntate naturae indebita.

2. Si gratia sumatur pro dono gratuito, haec vnio est maxima gratia, quia est donum omnino

gratuito concessum, nullis precedentibus meritis, estque omnino naturae indebitum, & longe superioris ordinis.

3. Haec vnio non est facta mediante gratia habituali, patet ex dictis art. 6. & dub. 2. art. 7. quod scilicet sit vnio substantialis, qualis esse non posset si gratia habitualis esset nexus duarum naturarum in eodem supposito.

Vult ergo docere S. Thom. quod licet vnio non sit facta mediante gratia habituali & dono aliquo accidentali, sit tamen maxima gratia; unde natura humana dici potest vnita Verbo per gratiam, cum ipse modus vnionis sit excellentissimum donum proveniens ex gratuita Dei voluntate, euechens ipsam naturam humanam ad esse personale diuinum, idque absque eius meritis, ut docet Aug. lib. de praedestinatione sanctorum cap. 15. cum dicit: *ea gratia fit ab initio fides sua homo qui cumque Christianus, quia gratia ille ab initio suo factus est Christus.*

Aduerte quod praeter gratuitam hanc Dei voluntatem & vnionem hypostaticam, ipsa substantia Verbi dici possit gratia vnionis; cum non solum vnio, sed & ipsa substantia sit maximum donum humanitati Christi collatum. Potest similiter Christus dici gratia vnionis, cum etiam ipse sit excellentissimum donum toti generi humano concessum, iuxta illud Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, & Ista. 9. parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis.*

D V B I U M I.

Utrum agens naturale possit esse causa efficiens Incarnationis?

Q V A M V I S hoc mysterium ex sola Dei voluntate gratuita sit peractum, & solus Deus reipsa ad illud concurrerit, saltem tamquam causa principalis; nihilominus dubitari potest, num saltem per creaturam fieri potuerit; ita ut creatura tamquam causa principalis potuerit effectiue ad illud concurrere. ad quod

Resp. negatiue, quia hoc mysterium est maxime supernaturale; igitur creatura per virtutem intrinsecam non potest ad illud concurrere tamquam causa principalis.

2. Creatura non solum non potest priuare substantiam completam sua suppositualitate, sed nec potest priuatam ponere in alio ut subiecto. Si cui enim esset concessum, praecipue concessum esset angelo, qui tamen viribus naturae id non potest.

Conf. angelus vel zlia pura creatura non potest per naturae vires ponere accidens absque omni subiecto; ergo nec potest ponere substantiam completam in alio. Denique si causa naturalis possit esse causa principalis huius mysterij, non apparet ratio cur illud non possit euidenter cognosci ab angelo esse possibile etiam antequam heret; quod communissime negant doctores.

Dixi creaturam non posse tamquam causam principalem concurrere ad hoc mysterium; quia de concursu instrumentali forte aliter est dicendum, scilicet non repugnare quo minus creatura possit assumi tamquam instrumentum Incarnationis.

Utrum

Verum autem reipsa aliqua natura ita concurreret, dubitari potest, & 1. de B. Virgine. Sed verus est non concurrere; quia ex Patribus & sensu Ecclesie non habemus quod illa alium concursum præbuerit in hoc mysterio, quam matres communiter præbere solent, & qui sufficit ut dicatur mater Dei, ergo non est quod asseramus, illam instrumentaliter concurrere ad ipsam unionem humanitatis cum Verbo.

2. Dubitari potest de anima Christi respectu coniunctionis earum partium, quæ per nutritionem denovo iungebantur Verbo. Sed etiam de ea idem dicendum est, quia in re facti non suppetit sufficiens ratio allegandi animam Christi sese habuisse peculiari alia ratione, quam se habeat anima in nutritione aliorum hominum.

D V B I V M II.

Verum intercesserit aliqua dispositio, ut humanitas in mysterio Incarnationis uniretur Verbo?

SUPPONO in corpore præcessisse dispositiones, quæ in alijs solent præcedere ut aptentur unioni sui cum anima, quia per mysterium Incarnationis, nihil est immutatum vel impeditum quoad ea quæ non repugnant unioni hypostaticæ, unde præsens questio de eo non intelligitur; sed humanitas Christi reipsa fuerit per aliquid aliud disposita ad hoc ut Verbo uniretur, & ab eo sustentaretur ad quod,

Resp. & dico nullam similem dispositionem intercessisse.

Prob. 1. ut natura subsistat propria subsistentia, nulla indiget dispositione; igitur neque indiget ut terminetur & subsistat subsistentia Verbi; ergo nulla reipsa intercessit. Secunda consequens prob. non est quod asseramus aliquam dispositionem intercessisse si ex rei natura non sit necessaria, & non sit gravis ratio asserendi; quorum neutrum apparet in præsentis mysterio. Prior verò consequens prob. subsistentia Verbi succedit propriæ subsistentiæ quoad terminationem & officium sustentationis; igitur commodè dici potest, quod quemadmodum natura nullam præexigit dispositionem ut subsistat propria subsistentia, ita nullâ indigeat ut subsistat per diuinam.

Nec obstat, quod propria subsistentia, ut summum sit solum modus, diuina autem differat re à natura humanæ, quia ex eo capite non potest ostendi necessitas præexigendi dispositionis ad hoc ut natura humana terminetur & sustentetur subsistentia Verbi.

Prob. 2. natura humana seipsa per potentiam obedientialem est sufficienter proportionata ut subsistat subsistentia Verbi; ergo non indiget vlla præuia dispositione, quâ aptetur ad unionem sui cum Verbo.

3. Dispositio quæ in præsentis posset assignari cum aliqua probabilitatis specie, esset qualitas quædam realis; at qui omnis talis qualitas secundum naturalem rei exigentiâ supponit rem in suo esse substantiali completam, seu habere ultimum suum complementum, neque in præsentis quidquam vrget ut asseramus illum ordinem interuerti; igitur secundum naturalem rei exigentiâ prius est naturam humanam habere subsistentiam, quam in se recipere vllam qualitatem; & proinde talis qualitas non est constituenda præuia in humanitate, per quam ea disponatur ad unionem sui

cum Verbo, ut fortiaturs subsistentiam.

4. Constat non solum animam vnitam hypostaticè Verbo, sed etiam corpus; igitur etiam pro corpore adstruenda erit dispositio, cum tamen non appareat quanam esse possit. Adde in anima non videri aptiorem posse assignari quam gratiam habitualem, vel habitus supernaturalium virtutum. Hi non possunt aptè assignari, cum ex naturali sua conditione sint principia actionum ad quas inclinant subiectum, & proinde secundum naturalem rerum conditionem supponant subiectum saltem prius natura subsistere. Gratia etiam habitualis planè aliud munus habet, nec vllus est qui asserat eam iuxta naturalem suam existentiam esse dispositionem præuiam ad esse subsistentiæ, igitur gratis in præsentis hoc munus illi assignatur.

Dices negandam consequens, nam in alijs subsistentijs esse subsistentiæ est naturale, ad quod sine dubio non aptè assignatur res supernaturalis per modum dispositionis; nam supernaturalia adueniunt rebus, ut eas eleuent ad ordinem supernaturalem, & in suo ordine constitutas quadam sublimiori ratione perficiant. Adde subsistentiam propriam ut summum tantum esse modum, quæ proinde non opus habeat aliqua dispositione ut naturam terminet; subsistentia verò diuini Verbi est sublimioris ordinis, & res distincta eleuans naturam humanam ad esse personale diuinum, & proinde mirum non est, si humanitas ornatur per gratiam ut ad tantam dignitatem eleuetur.

Resp. hæc non obstat rationi à nobis factæ, quia non ostendunt gratiam posse dici dispositionem ad esse substantiale acquirendum, sed solum quod naturæ assumptæ conuenienter huiusmodi gratia concedatur, & quod gratia habitualis debito cuiusdam congruitatis sequatur unionem hypostaticam.

Conf. connaturalius est ut in natura assumpta præcedat esse substantiale supernaturale quam accidentale; igitur prius natura debuit assumi & sortiri esse diuinum substantiale quam accidentale per gratiam; ergo gratia habitualis fuit dispositio ornans in suo genere naturam assumptam tamquam proprietas moraliter debita animæ Christi ratione unionis hypostaticæ, non verò fuit dispositio præparans humanitatem, ut ea Verbo uniretur. de quo infra rursum erit sermo questione 7.

ARTICVLVS XI.

Verum unionem Verbi Incarnati aliqua merita præcesserint?

EXPLICATA natura Incarnationis S. Th. præsentis articulo agit de causis eiusdem merito. &

Respondet 1. nulla merita in Christo potuisse præcedere unionem. Cuius ratio est aperta, quod Christus dicat compositum resultans ex vnione personæ Verbi & naturæ humanæ, & proinde non possit concipi ante unionem seu Incarnationem; ex quo conficitur quod nulla eius merita potuerint Incarnationem præcedere. Et quamuis diuinum Verbum fuerit ante Incarnationem, non potuit tamen eam promereri, cum secundum naturam diuinam non sit capax meriti.

Prob. 4.

116.

Impugnatur rationes alleg.

Resp.

117.

Gratia habitualis sequitur unionem hypostaticam, non autem est dispositio ad illam.

118.

Respondet S. Th. tri. bus conclusionibus. 1. Concl. Nulla merita potuerint Incarnationem præcedere. Et in Christo præf. seruitur unionem.

D 2

Respon-

2. *Conclus.*
Nulla opera
alterius
hominis
utilitas
de con-
digno me-
riti potue-
runt.

119.

Respondet 2. nulla opera alterius hominis (scilicet puri) potuisse esse meritoria huius vnionis ex condigno. Prob. 1. opera meritoria puri hominis ordinantur ad aeternam beatitudinem tamquam primum de condigno & commensum, vnio vero est aliquid sublimius quam beatitudo, igitur ad illam non ordinantur. Et quidquid sit de ipso modo vnionis, satis constat hoc quod est naturam humanam subsistere in persona diuina, ita vt vnus & idem sit Deus & homo, infinitis partibus esse sublimius quam creaturam Deum videre eoque perfrui. Quare ratio etiam locum habet in merito angelorum, quod nullo modo potest censi condignum ad Incarnationem promerendam.

2. Omne meritum hominis fundatur in gratia habituali seu sanctificante, & proinde gratia non cadit sub meritum hominis, cum principium meriti non cadat sub meritum: igitur multo minus Incarnatio cadet sub meritum puri hominis, cum ipsa Incarnatio sit principium gratie in genere humano.

Dixi, hominis, quia cum non sit certum an promeruerit angelo gratiam, hæc ratio non ita concludit respectu angeli. Adde ex eodem principio non ita concludere respectu hominis in statu innocentie, cum non sit impossibile gratiam in eo statu non esse concessam ex Christi meritis.

3. Purus homo non potest esse causa meritoria reformationis totius nature humane, cuius tamen reformationis Incarnatio est causa ratione termini, scilicet Christi, qui de condigno satisfecit pro peccato generis humani, ergo purus homo non potest eam promereri. maior & minor patent ex dubijs motis circa articulum 2. q. 1. Conseq. prob. si posset promereri causam reformationis, non apparet cur ipsam reformationem non posset promereri. Conf. vt quis mereatur de condigno Incarnationem, eius opera debent esse merita simpliciter infiniti, igitur debent esse commensura reformationi generis humani. Hæc ratio etiam locum habet in angelo, vt patet ex dictis art. 2. cit.

Respondet 3. sanctos Patres meruisse Incarnationem ex congruo, eam desiderando & petendo.

D V B I V M . I .

Vtrum humanitas meruerit vnionem sui ad personam Verbi?

121.

QUOD VIVIS S. Thom. optime probet Christum non potuisse promereri vnionem humanitatis cum Verbo per opera antecedentia; quæri tamen potest num ipsa eius humanitas illam fuerit promerita; & num ipse Christus fuerit promeritus per opera subsequenta vnionem hypostaticam; saltem promereri potuerit: primum hoc dubio examinabimus, alia dubijs sequentibus.

Notandum humanitatem posse concipi promeritam vnionem sui cum Verbo, vel per opera tempore præcedentia vnionem; vel per opera præcedentia saltem secundum naturæ ordinem, quamuis simul quoad durationem exercita cum ipsa vnitione; vel per opera Incarnationem sub-

sequentia. de ultimo in præfenti non quaritur, pertinet enim ad sequens dubium, num Christus Incarnationem sit promeritus, cum opera Incarnationem subsequenta sint opera Christi, eique tamquam supposito tribuenda. hoc prænotato

Resp. & dico 1. humanitas Christi non est promerita Incarnationem per opera tempore illam antecedentia.

Prob. nullo vnquam tempore præexistit vnioni sui ad Verbum, sed omnino simul & producta est & Verbo vnita, vt docet S. Leo epistola 21. dicens: *natura nostra non sic assumpta est, vt prius creata posset assumere, sed vt ipsa assumptione crearetur.* Aug. cap. 15. de prædestinatione sanctorum. *Est præclarissimum lumen prædestinationis & gratia ipse saluator, ipse mediator Dei & hominum Christus Iesus, qui vt hoc esset, quibus tandem suis vel operum, vel fidei præcedentibus meritis natura humana quæ in illo est comparatur: cap. 36. Enchir. quidnam natura in homine Christo meruit, vt in unitatem personæ vnici filij Dei singulariter esset assumpta? quæ bona voluntas? cuius boni propositi studium? quæ bona opera præcedere, quibus mereretur iste homo, vt vna fieret persona cum Deo? Videri etiam potest lib. 2. de peccatorum meritis & remissionibus cap. 17. & tract. 82. in Ioannem.*

Dico 2. neque etiam meruit per opera solum præcedentia secundum ordinem naturæ. Videntur sumi posse ex August. locis citat. qui non tantum intendit excludere meritum operum tempore antecedentium, sed absolute omne meritum humanitatis, imò etiam ipsius Christi respectu huius mysterij.

Prob. ratione: humanitas secundum ordinem naturæ prius vnita est Verbo, & per illud substituit, quam operaretur, vt ostendimus dubio 2. art. 10. eo quod substantia pertineat ad substantiale rei complementum; vnumquodque autem iuxta naturalem exigentiam prius debet compleri quoad substantia, quam operetur. Conf. si meritum humanitatis non fundetur in vnione hypostatica, debet fundari in gratia habituali; hæc autem non existit in humanitate prius naturæ quam vniretur Verbo.

Vtrum vero natura humana potuisset mereri vnionem sui cum diuina persona Verbi, supposito quod illi vnioni præexistisset, quæri potest.

Ad quod Resp. potuisse mereri de congruo, si quidem possit existere sine omni supposito, de quo infra forte erit sermo. Si non possit existere extra omne suppositum, illa non dicetur mereri, sed homo. tenet Caiet. hic §. ad hoc dubium. Lorca disp. 20. num. 20. Becanus cap. 14. q. 6. §. sed contrarium probabilis est.

Adde quod non videatur esse repugnantia ob quam natura humana mereri non possit vnionem cum Verbo per opera eodem instanti exercita; quo illa vniretur Verbo: quamuis enim substantia sit magis intrinseca nature quam gratia, & opera ex illa prouenientia, nihil tamen prohibet quod minus Deus possit nolle naturam humanam vnire diuinæ persone sine meritis eiusdem; nam ordo magis intrinsecus solum arguit quod non sit ita conforme conditio ni substantia, non vero quod ne quidem supra naturam id fieri possit.

Dices 1. natura non potest prius operari quàm subsistere propria substantia, ergo quado vnitur aliæ, necessario prius natura debet illi vniri quàm

Est probabile gratia in statu innocentie non esse concessam ex Christi meritis.

120.

3. *Conclus.*
S. PP. Incarnationem meruerunt ex congruo.

Variis sensibus dubitatione proposita.

122.

1. *Concl.*
Humanitas non est promerita Incarnationem per opera illam antecedentia.

123.

2. *Concl.*
Non est etiam eam promerita per opera ordine nature præcedentia.

Confirm.

Quest.

124.

Potuit humanitas mereri de congruo vnionem sui ad Verbum, si non possit existere extra omne suppositum, illa non dicetur mereri, sed homo. tenet Caiet. hic §. ad hoc dubium. Lorca disp. 20. num. 20. Becanus cap. 14. q. 6. §. sed contrarium probabilis est.

Obiectio 1.

possit

D V B I V M II.

Vtrum Christus suam Incarnationem meruerit?

Resp. breuiter negatiue, quod docent communissime theologi, ita vt contrarium sine graui nota non possit sustineri.

Probatur à quibusdam pluribus scripturae testimonijs, quæ hoc mysterium referunt in summam Dei misericordiam, benignitatem & charitatem, vt Ioan. 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret. Luc. 9. per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Verum hæc & similia loca possunt commodè accipi vt solum excludant merita cæterorum hominum, & hoc mysterium respectu nostri referant in solam Dei erga nos charitatem, non autem vt excludant omne meritum Christi respectu Incarnationis. Quia tamen non incommode possunt etiam hoc sensu accipi, verisimilis est probatio.

Aug. verò pluribus locis tradit hanc veritatem. cap. 15. de prædestinatione sanctorum, ea gratia sit ab initio fides sua homo quicumque Christianus, quæ gratia ille ab initio suo factus est Christus. & infra. Quisquis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis inuenit, ipse in nobis membris eius præcedentia merita multiplicat & regenerationis inquirat. Videri potest cap. 40. Enchir. & lib. 13. de Trinitate cap. 17. & alibi.

Dices Aug. locis citatis solum negat merita antecedentia.

Resp. licet verba id solum videantur sonare; tamen eius intentum esse absolute negare Christum meruisse suam Incarnationem, quod & absolute negat priori sententia, & intentum eius postulat; cum locis citatis & alijs, scopus Augustini sit negare nos mereri fidem, primam gratiam, exemplo Christi, qui suam Incarnationem non meruit; cum ergo Aug. velit nos absolute non mereri fidem, &c. vt eius discursus constet, debet velle quod Christus nullo modo meruerit Incarnationem; id verò videtur sibi sufficienter docere, eo quod nullis præcedentibus meritis, ipse vel eius humanitas eam sit promeritus, cum secundum subiectam materiam bene sequatur, non est meritis præcedentibus meritis; ergo absolute non est meritis: quia saltem de lege ordinaria principium meriti non cadit sub merito. Atqui saltem post peccatum originale, Incarnatio est principium omnis meriti in genere humano.

Ex quo principio probatur doctrina Augustini simul & conclusio. Principium meriti saltem conformiter naturis rerum, non cadit sub merito; Incarnatio est principium meriti in Christo, ergo maior communiter recipitur à theologis, & fusiùs confirmari solet 1. 2. q. 114.

Prob. 2. concl. vno hypostatice fuit absolute collata, & independenter à quolibet merito; quia possidet aliquid dependenter à meritis futuris, sonat quandam imperfectionem; igitur minus conueniebat beneficium Incarnati onis hoc modo conferri.

Ex dictis facile patet Christum non fuisse promeritum prædestinationem ipsius Incarnationis. Aduerte quod cum dicimus Christum non esse

128.

Christus suam Incarnationem non est promeritus.

A quibusdā prob. ex va. script. locis; sed minus efficaciter Ioan. 3. Luc. 1.

Ex illis tamen sit verisimilis probatio.

129.

Efficacius prob. ex Aug. 1.

Eufio

Præcluditur.

130.

Prob. ratione. Principium meriti non cadit sub merito.

Coroll. 31.

Sensus resolu-

tionis. promeritum suam Incarnationem, solum velimus non meruisse primam collationem vnionis hypostaticae; nam replicationes ipsius vnionis in Eu-
 charistia promeruit, cum fuerit promeritus ut sa-
 cramenta posset instituere. Videri etiam possit
 meritus continuationem vnionis, cum respectu
 huius nullum sequatur incommodum, quod ad-
 ferri solet contra meritum primae collatio-
 nis.

132.

Christus non
videtur
promeritus
continua-
tionem di-
ctae vnionis.

Sed probabilius est, quod eam non sit promeri-
 tus, quia haec vnio semel collata, natura sua est
 incorruptibilis, postulatque perpetuo durare, si
 Deus sit paratus ei praebere concursus iuxta
 naturae exigentiam debitum. Igitur facta pri-
 ma collatione non est consentaneum natura-
 li eius conditioni, quod aliquis illius continua-
 tionem mereatur; cum igitur neque ex scriptura,
 neque ex Patribus habeamus quod Christus il-
 lam sit promeritus, verius videtur non fuisse pro-
 meritum.

133.

Obijciatur
primo con-
tra resoluti-
onem.

Contra resolutionem obijciatur. 1. quod psal.
 44. dicatur, *dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem*,
propterea unxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae prae con-
feribus tuis, quod oleum est vnio hypostatica
 quae dicitur collata propter iustitiam, id est opera
 iustitiae exercita; ergo Christus per opera virtu-
 tum est promeritus hypostaticam vnionem.

Resp.

Resp. varias esse huius loci interpretationes,
 quae videri possunt apud Vasq. disp. 21. capit. 7.
 & alios; ex quarum nulla conficitur intentum,
 1. ut particula, *propterea*, designet causam merito-
 riam hoc sensu, quia dilexisti iustitiam &c, un-
 xit te Deus, sed oleum laetitiae non denotet vnio-
 nem hypostaticam, sed varia postmodum Christo
 collata, v. g. resurrectionem, gloriosam ascen-
 sionem, &c, hoc sensu; quia dilexisti iustitiam &
 odisti iniquitatem, Deus tibi contulit oleum la-
 titiae te resuscitando, in caelum assumendo, &c.

Explicatur
locus.

Psalm. 44.

Oleum la-
etitiae accipi
potest glo-
ria resurre-
ctionis &c.Item vnio
hyp.

134.

Obijciatur
secundo
Apoc. 5.
Resp.

Obijciatur 2. quod Apoc. 5. dicatur, *dignus est*
agnus qui occisus est accipere vintem & diuinam
&c. Resp. nullo modo hic designari quod fuerit
 promeritus Incarnationem, sed quod Christus
 per mortem suam sit promeritus sui nominis ex-
 altationem, & ut ab hominibus agnosceretur
 tamquam Deus, & ut talis honoraretur.

Obijciatur
tertio.

Resp.

Obijciatur 3. Christus potuit promereri Incar-
 nationem per opera quae simul tempore fuerunt
 cum ipsa vnione.
 Resp. quidquid sit de possibili, non sequi quod
 sit re ipsa promeritus, ut patet ex dictis; quia saltem
 est magis consentaneum naturis rerum, ut prin-
 cipium meriti non cadat sub merito.

DVBIUM III.

*An saltem de potentia absoluta Christus
 potuerit suam Incarnationem pro-
 mereri?*

135.

EX dictis constat Christum non potuisse pro-
 mereri suam Incarnationem per opera ante-
 cedentia, cum repugnet vlla Christi opera an-
 tecedere Incarnationem necessariam ad ipsius

Christi seu Dei-hominis constitutionem.

Constat 2. Christum potuisse mereri continua-
 tionem ipsius vnionis, nam in primo instanti quo
 fuit compositum ex persona Verbi, & natura hu-
 mana, potuit elicere opera infiniti valoris, & qui-
 dem priusquam continuaretur conseruatio illius
 vnionis, quibus proinde nihil deesset ad rationem
 meriti de condigno respectu vltioris conserua-
 tionis vnionis, inde

Constat 3. Christum potuisse promereri Incar-
 nationem alterius diuinae personae per opera an-
 tecedentia huiusmodi Incarnationem.

4. Si natura humana re ipsa praexistisset Incar-
 nationi, potuisset de congruo eam promereri
 per opera procedentia ex gratia quae posita noti-
 tia possibilitatis huius mysterij potuisset ad hunc
 finem dirigere.

Difficultas praesentis dubij in eo sita est, an
 Christus per opera subsequencia etiam secun-
 dum naturae ordinem, potuerit ipsam Incarnatio-
 nem promereri. In qua rursus certum est quod
 non potuerit eam mereri prout re ipsa peracta est,
 cum beneficium Incarnationis fuerit absolute
 collatum, & independenter ab operibus; sed qua-
 estio est, an Christus potuisset eam mereri, si Deus
 non absolute, sed dependenter ab operibus con-
 tulisset.

Quod videtur fieri potuisse; nam Deus co-
 gnoscens per scientiam conditionatam quod si
 Verbum incarnaretur, Christus posset exercere
 opera infiniti valoris, per quae quodlibet pra-
 mium posset promereri, potuit decernere Incar-
 nationem, & ut natura humana vniretur
 Verbo sub conditione operum, per quae Chris-
 tus promeretur illam ipsam vnionem huma-
 nitatis suae cum persona Verbi; & ita censet Sua-
 rez disp. 10. sect. 4. §. haec sententia.

Communius tamen negant Doctores & Ex-
 positores S. Thomae in hunc articulum: ex eo
 quod principium meriti non cadat sub meri-
 to, cuius ratio est, quod meritum compa-
 retur ad praemium tamquam ad effectum, at-
 que adeo id quod datur in praemium sit, effe-
 ctus meriti mediante voluntate praemiantis,
 quae mouetur ab ipsa operatione meritoria ad
 huiusmodi praemium concedendum. Rursus prin-
 cipium meriti est eius causa, ut patet ex termi-
 nis, unde sequitur si principium meriti cadat sub
 merito, vnum & idem respectu eiusdem futu-
 rum causam & effectum, & ita prius & posterius,
 quod implicat.

Dices non repugnat vnum esse prius & po-
 sterius alio in diuerso genere causae, id autem
 in praesenti contingit: nam Incarnatio est cau-
 sa efficiens physica, opera autem quibus dici pos-
 set Christus promereri Incarnationem, solum
 sunt causa moralis; ut enim paulo ante dictum
 est, causalitas meriti in eo consistit, quod alius mo-
 ueatur ad reddendum praemium propter opus in
 eius obsequium praestitum, qui modus causandi
 totus est moralis.

Responderi potest etiam hunc modum mo-
 uendi reduci ad causam efficientem, & subordi-
 nari causa effectivae physicae; atque ita si prin-
 cipium meriti cadat sub merito, vnum & idem
 erit respectu alterius prius & posterius in eodem
 genere causae.

Adde, quod quantumvis aliquid dicatur con-
 cedi sub conditione operis meritorij, & is cui
 facta est concessio operetur atque adeo mereatur.

proprie

Christus
potuit me-
teri Incar-
nat. alterius
personae di-
uinae.Sensus qua-
stionis.

136.

Suadetur
Pars affirm.

137.

Negativa
communior.
Prob.Principium
meriti cur
non cadat
sub meritoInstatur
contra.Resp. instā-
tia.

138.

proprie non videatur mereri ipsam primam rei acquisitionem, sed solum continuatam eiusdem rei possessionem vel dominium post praesum saltem eius opus meritorium: quia opus meritorium proprie non mouet dantem ad primam concessio- nem per modum praemij, sed ad possessionem, quae saltem naturae subsequitur opus meritorium vel eius notitiam.

Conf. quando dicitur aliquid concedi sub conditione, & ut illud per merita acquiratur, meritum censetur respicere perfectam possessionem ipsius tanquam praemium; ergo solum censetur respicere possessionem naturae posteriorem quam sit actus meritorius, & proinde non respicit ipsam primam acquisitionem, seu receptionem tanquam praemium.

Prob. conseq. prima acquisitio ut censetur prior actione meritoria, nunquam est absoluta & perfecta, sed semper retinet rationem imperfectae possessionis; v.g. quantumvis aliquis militando promeretur sit equum sibi datum sub conditione quod militaret, nunquam verum est dicere quod prima possessio fuerit perfecta, seu quod per meritum effectum sit, ut in initio equum perfecto iure possideret.

Quamuis prior sententia non videatur omnino probabilis, quam tum circa praesentem articulum, tum 1. 2. q. 114, aliquando sum secutus; iam tamen posterior magis placet, tum quia conformior S. Thomae, tum quia est communior inter Theologos, & eius fundamentum videtur conformius naturis rerum.

Ex quo patet responsio ad motum prioris sententiae, quod videlicet bene ostendat continuationem seu conseruationem vnionis posse cadere sub meritum operum Christi, non tamen videatur offendere quod ipsa prima vnionis collatio cadere possit.

Dices: Christus potuit promereri antiquis Patribus gratiam, cum tamen eius merita fuerint posteriora quam gratia antiquis Patribus concessa.

Aliqui dicunt opera Christi non habuisse rationem meriti respectu gratiae antiquis Patribus concessae, sed tantum cuiusdam solutionis. Verius tamen est & conformius modo loquendi Patrum & Theologorum, quod etiam respectu illius gratiae habuerint rationem meriti.

Resp. & dico nihil inde contra nos confici, quia gratia antiquis Patribus concessa non habuit rationem principij respectu meritorum Christi; & de cetero licet quoad realem existentiam gratia Patrum praecesserit, nihilominus merita Christi praecesserint in scientia Dei, & futura suo tempore poterunt mouere Deum ut intuitu illorum gratiam antiquis Patribus largiretur.

DV B I V M IV.

Virum antiqui Patres hoc mysterium fuerint promeriti?

SUPPONO 1. neque promeritos fuisse, neque potuisse promereri de condigno; quod communissime tenent doctores, & patet ex ratione S. Thomae, quod scilicet opera pura creaturae etiam facta ex gratia tanto praemio non sint commensura, sed respiciant gloriam tanquam praemium adaequatum.

Quod vero aliqui dicunt, ut Medina hic concludit, potuisse mereri aliquo modo de condigno, licet non omnino perfecte, passim rejicitur, & per se est improbabile; quia si in merito deficiat ratio equalitatis ad praemium, iam deficit ratio condigni, & solum remanet ratio congrui, ita ut inter illa medium a Doctoribus non agnoscat. Conf. citra promissionem opus non redderetur commensum tali praemio; atqui promissio non reddit opus magis proportionatum, quam esset sine illa, cum non sit circumstantia operis; igitur si seposita promissione solum esset meritorium de congruo (quod indicant alij) illa accedente non potest dici aliquo modo meritorium de condigno.

Suppono 2. eos potuisse promereri de congruo hoc mysterium, si gratia ex Christi meritis non fuisset eis collata, ut patet ex dictis dub. 1.

Difficultas est, num reipsa sint promeriti de congruo substantiam huius mysterij. Quia in re duplex est sententia.

1. Affirmat, cui videtur fauere D. Th. in fine corporis, & tenet Caiet. hic, Medin. conclus. ult. Valentia disput. 1. q. 2. puncto 8. §. neque solum verum est.

Posterior negat; quam tenet Scotus in 4. dist.

2. q. 1. a. 1. 3. & plures recentiores. Valq. disp. 22. cap.

4. qui plures citat, Lorca disp. 21.

Hac sententia est omnino verior. 1. quia scriptura saltem respectu hominum ita refert hoc mysterium in charitatem & misericordiam Dei, ut omne illorum meritum videatur excludere, ut patet Luca 1. Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Ioannis 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, & alibi.

2. Negari non potest, quin omne meritum in genere humano post peccatum originale procedat ex Christi merito, quod supponit eiusdem Incarnationem. Igitur antiqui Patres non fuerint meriti etiam de congruo Christi Incarnationem. Conseq. prob. ex eo quod principium meriti non cadat sub meritum; quod non tantum habet locum in merito condigni, sed etiam in merito congrui; cum etiam illud meritum aliquo modo sit causa eius quod illius intuitu conceditur.

Nec dici potest quod non meruerint quidem praedestinationem huius mysterij, potuerint tamen mereri eiusdem mysterij executionem, quia argumentum virget quoad executionem; quod ostenditur: Christus fuit causa meritoria per actiones quas elicit, has autem non potuit elicere, nisi esset, & proinde nisi hoc mysterium esset mandatum executionis; & per consequens merita antiquorum Patrum supposuerunt mysterium Incarnationis executioni mandatum, vel saltem illius praescientiam; ergo à primo ad vltimum, non potuerunt esse causa meritoria illius etiam de congruo. Idò propter illam rationem non fuerint causa impulsua, quia nihil potest esse causa impulsua respectu eius quod illi causae supponitur, & quod prius videtur scientiae visionis, & tanquam causa eius quod dicitur causa impulsua.

Dices 1. si Patres non habuissent gratiam ex meritis Christi, potuissent de congruo promereri executionem Incarnationis, sed gratia non est minus efficax eo quod procedat ex Christi meritis.

Resp. neg. conseq. quia quod Patres non sint promeriti executionem mysterij, non oritur ex inefficacia gratiae, sed ex eo quod ipsum mysterium executioni mandatum fuerit causa &

Rejicitur sententia Medinae.

Promissio non reddit opus magis proportionatum praemio.

142.

Sinne meriti de congruo substantiam huius mysterij. Affirm. Caiet. Medin. Valent. Negant Scot. Valq. Lorca. & alij.

143. Ad quos accedit Auditor. Prob. 1. ex script. Luc. 1. Ioan. 3. Prob. ratione.

Principium meriti non cadere sub meritum, etiam loci, habet in merito congrui. 144. Euanio excluditur. Non meruerunt SS. PP. etiam in yltimij executionem.

145.

Obiectio 1.

Res.

principium gratiæ antiquis Patribus concessæ.
Obiectio 2. Dices 2. quod est prædestinatum sine meritis,
potest mandari executioni ex meritis.

Resp. Resp. quidquid sit hac de re, id quod est alterius
principium, non mandari executioni altero con-
currente per modum meriti, propter rationes al-
latas.

Obiectio 3. Dices 3. S. Th. in fine corporis dicit, ex congruo
tamen meruerunt sancti Patres Incarnationem; ergo
iuxta S. Th. saltem meruerunt ipsam executionem
mysterij.

Resp. Neg. conseq. quia ex responsione ad 3. satis-
facit pater S. Thomam non velle Patres veteris tes-
tamenti promeritos substantiam huius mysterij;
sed tantum aliquas eius circumstantias, cum ait:
ad tertium dicendum quod B. Virgo dicitur meruisse por-
tare dominum omnium, non quia meruit ipsum incarnari,
sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis & san-
ctitatis gradum, ut congruè posset esse mater Dei.

D V B I V M V.

Vtrum B. Virgo meruerit esse mater
Dei?

146.

B. V. me-
ruit esse
mater Dei.
Ambros.

Greg.

Sæsus qua-
tionis.
Dux sunt
sententia.
Gabr.

147.

Auctor sen-
tit tantum
meruisse de
congruo.
Prob.
Opera pu-
ta creaturæ
ordinantur
ad gloriam
tanquam
premiū
commen-
sum.

148.

Obiectio 1.

Resp.

EAM id meruisse tenent communiter Theolo-
gi, quod & tradunt sancti Patres. Ambr. epist.
25. ad Ecclesiam Vercellensem notabiliter ante
medium. Quid loquar quanta sit virginitatis gloria, qua
meruit à Christo eligi, ut esset etiam corporale Dei tem-
plum? Greg. in 1. Reg. cap. 1. An non mons sublimis
Maria, que ut ad conceptionem æterni Verbi pertingeret,
meritorum verticem supra omnes Angelorum choros ruf-
que ad solium Dei erexit. Plures Patres videri possunt
apud Valentiam disp. 1. q. 2. puncto 8.

Quæstio verò est, quomodo id meruerit: qua in
re duplex est sententia.

Prior asserit meruisse de condigno. Ita Gabriel
in 3. dist. 4. q. vnica, art. 3. dub. 3. in secunda parte
dubij, & quidam alij passim citati.

Posterior censet solum meruisse de congruo,
quam communius tenent Doctores.

Hæc sententia videtur omnino verior; quia
opera pura creaturæ ordinantur ad gloriam & bea-
titudinem tanquam ad præmiū commensum,
non autem ad aliud quod non sit subordinatum;
atque dignitas Matris non est aliquid subordina-
tum gloriæ; relinquatur ergo quod illa non cadat
sub meritum condigni operum ipsius B. Virginis.

Conf. nullo modo videtur asserendum quod opera
iustorum, quantum est ex intrinseca sua conditio-
ne, sint commensura dignitati Matris filij Dei; ergo
neque id est dicendum de operibus B. Virginis.

Pluribus argumentis priorem sententiam refu-
tat Med. hic, sed ea nullo modo probant interum,
ut consideranti facile patet. Aliqua etiam quæ in-
fert ex merito de condigno maternitatis, verè non
debent censeri absurda. Sufficiat ergo ratio allata,
quæ pro subiecta materia est bona.

Dices B. Virgo merita fuit de condigno dispo-
sitiones seu cum sanctitatis gradum, quo ritè dis-
poneretur ut esset Mater Dei; ergo de condigno
est promerita ipsam matris dignitatem. Conseq.
prob. tum quia qui meretur huiusmodi dispositio-
nes, censetur mereri formam; tum quia maius est
mereri gradum sanctitatis, quam esse Matrem
Dei.

Resp. neg. conseq. ad cuius probationem dico,
quando forma secundum naturalem rerum exi-

gentiam sequitur ad dispositiones, id posse esse ve-
rum; non autem verum est si dispositio non sit ex
rei natura, sed solum ex alterius arbitrio qui ex
actu alicuius potest induci ad aliquid conceden-
dum ultra id quod postulat conditio actus, quem-
admodum in presenti contigit. Nam B. Virgo per
exercitium virtutum præstantissimæ humilitatis,
castitatis, charitatis in Deum, promeruit excellen-
tissimam gloriam, ad quam actus prædicti tendunt
ex sua conditione. Quia tamè simul decuit Deum
assumere in Matrem filij sui feminam eximij
virtutibus ornatam, Diua Virgo meruit ex con-
gruo assumi in Matrem Dei. Vbi obiter

Aduerte B. Virginem non meruisse omnes dis-
positiones quibus est preparata ut esset Mater
Dei, quia non meruit præseruationem à peccato
originali, & sanctitatem quam in primo conce-
ptionis instanti est consecuta, nec etiam meruit
omnes gratias præuenientes, quibus excitabatur
ad opera pietatis.

Ad alterum in probatione positum Resp. quan-
do id quod est minus, est disparatum, nec conne-
xū ei quod est maius, non sequitur qui meretur ex
condigno id quod est maius, meretur etiam ex
condigno id quod est minus: ita autem se habet in
presenti gratia vel gloria, & dignitas Matris.

Dices 2. plurimi Patres censent B. Virginem
fuisse dignam, ex qua filius Dei nasceretur. Videri
potest Ambr. lib. 2. de virginibus paulò post prin-
cipium, & plures alij apud Suarem disp. 10. sect. 7.
concl. 1. Valq. disp. 23. cap. 3.

Propter huiusmodi loca Patrum, aliqui censue-
runt Beatam Virginem meritam fuisse dignè, non
autem condignè ut esset Mater Dei. Sed commu-
niter Theologi non agnoscunt meritum dignum
quod non sit condignum: Vnde

Resp. similibus locutionibus non significari vl-
lum meritum de condigno, sed Patres & Eccle-
siam, quæ hac forma loquendi vtitur, velle B. Vir-
ginem conuenienter fuisse dispositam ad talem di-
gnitatem recipiendam. Quæ ratione dici potest
Abrahamum dignum fuisse ex cuius semine Chri-
stus nasceretur: nam ut notant varij auctores, di-
gnitas seu dignum esse non semper designant me-
ritum eius qui dicitur dignus; sed possunt in ge-
nere significare decere, conuenire, ut quis hoc vel
illo dono ornetur, siue hæc contuentia prove-
niat ex meritis, siue non; siue ex meritis de condi-
gno, siue ex meritis de congruo.

Dices: si hac ratione liceat interpretari Patres,
non suppetit ratio asserendi B. Virginem meruisse
etiam de congruo dignitatem Matris, quia nomen
meriti non necessariò significat meritum in eo sen-
su, quo communiter accipiunt Theologi, sed po-
test significare quandam congruitatem, dignita-
tem, &c. quo sensu dicitur afflictum mereri conso-
lationem; licet nihil agat per quod etiam de con-
gruo id mereatur. Poterunt ergo dicta Patrum
hoc sensu explicari; fuit congruum, dignum, ut ea
in qua tanta sanctitas & puritas est inuenta, mater
Dei fieret, quamuis id non fuerit promerita etiam
de congruo.

Resp. 1. non deesse qui censent B. Virginem
non esse meritam maternitatem etiam de congruo,
ita censet Lorca disp. 21. concl. 3. potestque confir-
mari ex S. Th. presenti articulo ad 3. Ad tertium di-
cendum quod B. Virgo dicitur meruisse portare dominum
omnium, non quia meruit ipsum incarnari, sed quia meruit
ex gratia sibi data illum puritatis & sanctitatis gradum
ut congruè posset esse Mater Dei. Hæc sententia non

videtur

Cur D. V.
meruerit ex
congruo.

149.
D. V. non
meruit om-
nes disposi-
tiones qui-
bus est pre-
parata ut
esset Mater
Dei.

Obiectio 2.
ex PP.
Ambros.

150.

Theologi
non agnos-
cunt men-
tum digni
quod non
sit condi-
gnum.
Resp.

Esse dignū,
non semper
designat
meritum
eius, qui di-
citur di-
gnus.

Replica et-
ra responf.

151.
Responf. 1.
Centenali-
qui B. Vir-
ginem non
esse men-
tam mater-
nitatem
etiam de
congruo.
Lorca
suadet ex
S. Th.

videtur plane probabilis, & euadit omnes difficultates, quæ tam de B. Virgine, quàm de Patri-
bus antiquis moueri solent.

Resp. tamen 2. neg. assump. quia satis constat quod meritum ex usu sacrorum Scripturum magis
videtur & propriè significet meritum saltem de
congruo, non est autem ita probabile quod tam
multi Patres passim citari soliti, illud nomen im-
propriè usurparint, præsertim quando tribuitur
personæ sanctæ, & sanctis eius operibus: tunc enim
nisi ex adiunctis aliud colligatur, sumendum in
propria significatione. Neque sententia Loræ fa-
uet S. Th. quia si prædicta responsio conferatur
cum fine corporis, latius patet quod verbis relatis
admisit in Virgine meritum congrui respectu
dignitatis Matris.

Dices: deo B. Virgini collata sunt immensa be-
neficia, quia electa erat in Matrem filij Dei; ergo
electio hæc secundum rationem præcessit omnia
eius merita, atque adeo non meruit esse Mater
Dei.

Aliqui concessio antecedente negant secundum
consequens. sed Resp. neg. anteced. & dico huiusmodi
beneficia illi esse collata ex simplici voluntate, qua
Deus voluit ei tantam dignitatem conferre, si ni-
mirum se disponeret ad tantam dignitatem, eam-
que mereretur. Non sunt ergo beneficia collata,
quia electa esset Mater Dei, sed ut esset Mater
Dei.

Dices: Christus constans hac numero humani-
tate est principium meritum B. Virginis, ergo si
iuxta dicta superiori dubio, antiqui Patres nõ me-
ruerunt de congruo mysteriũ Incarnationis quoad
substantiam, B. Virgo non meruit ut esset Mater
Christi. Conseq. prob. ex eo quod dignitas matris
supponatur merito Christi. Conf. Christus non
potest mereri nisi supponatur esse, nec potest eius
meritum præuideri, nisi supponatur existentia eius
secundum humanitatem, id autem non potuit præ-
uideri, nisi videretur influxus B. Virginis in hanc
humanitatem, atque adeo ille influxus prior est
Christo in facto esse, & eius meritis.

Resp. neg. conseq. eiusque probationem; opti-
mè enim potest intelligi quod Deus primò decre-
uerit substantiam Incarnationis, atque adeo Chri-
stum constare etiam hac numero materia & for-
ma, & hac humanitate, absque eo quod decreuerit
ut ad illam conueneret illa forma tanquam ma-
ter, vllumque influxum maternum præberet. In
quo priori Christus potuit videri mereri. Potest
ergo intelligi hanc numero humanitatem produ-
cti & Verbo vniri, & Christum mereri absque ra-
tione Matris, & ita illam non requiri per se ex par-
te principij meriti, atque adeo B. Virginem po-
tuisse promereri dignitatem Matris per opera fa-
cta in gratia. Ad confirmationem Resp. neg. mi-
norem propter rationes iam allatas.

DUBIVM VI.

*Utrum antiqui Patres fuerint prome-
riti aliquas circumstantias
huius mysterij?*

RESPONDEO conformiter ad præcedens
dubium promeritos de congruo. Abraham
enim promeritus est, ut Christus ex eius semine
nasceretur. Quod sumi potest ex Genes. 22. quia se-
cundum hanc rem, & non peperisti filio tuo vnigenito propter
me, benedicam tibi, &c. & benedicentur in semine tuo om-
nes gentes terre. Idem promeritus est Dauid. Proba-
bile etiam est varios promeritos fuisse huius my-
sterij accelerationem, ita ut præordinatâ substan-
tiâ Incarnationis varij sint promeriti ut hoc my-
sterium citius mandaretur executioni quàm for-
tasse fuisset mandandum, si huiusmodi merita non
intercessissent. Hac ratione potest intelligi quod
habet Isaias cap. 16. *Emitte agnos domine dominato-
rem terræ. & cap. 45. Rorate celi desuper, & nubes pluant
iustum.* Quamuis enim hæc possint denotare solam
desiderij manifestationem; tamen non incongruè
possunt intelligi, ut significant etiam preces Isaiæ,
quibus petat huius mysterij accelerationem sup-
positâ fide ipsius aliquando futuri.

Dices: sancti Patres huius & similibus sententijs
videtur petiisse ipsam mysterij substantiam; igitur
si ex illis colligatur aliquod meritum respectu In-
carnationis, dicendum est esse quoad substantiam
mysterij, quod superiori dubio est negatum.

Resp. neg. assump. & dico quod certi de ipso
mysterio solum peterent aliquas eius circumstan-
tias, & executionem mysterij quoad illas.

ARTICVLVS XII.

*Utrum gratia vnionis fuerit Homini
Christo naturalis?*

RESPONDET 1. non fuisse naturalem quasi
profluxerit ex principijs naturæ humanæ,
quod patet ex articulo 10. & quia huiusmodi vnio
non profuit ex alijs naturis humanis, quas tamen
non est dicendum impediri ne eam producant.

Respondet 2. posse dici naturalem quatenus in
humana Christi natura causatur à diuina ipsius
natura: nam hac ratione profuit à principio in-
trinseco ipsius suppositi.

Respondet 3. tam gratiam vnionis quàm habi-
tutalem, posse eo sensu dici naturalem quod vtra-
que ab initio conceptionis conuenerit Christo.

Notandum 1. gratiam vnionis posse etiam alio
modo dici Christo naturalem, quod scilicet tan-
quam vinculum naturæ humanæ cum persona di-
uina pertineat ad illius constitutionem, item quod
illa fuerit vera & realis vnio, & non phantastica;
fuerit etiam intrinseca, & non solum per affectum,
dignitatis communicationem. Videri possunt dic-
ta in fine art. 6.

Notandum 2. gratiam habitutalem posse etiam
alio modo dici naturalem, quod scilicet Christo
homini eiusque humanitati moraliter deberetur
tanquam consentaneæ naturis rerum moraliter
consequens vnionem humanitatis cum Verbo.

QUESTIO III.

*De modo vnionis ex parte per-
sonæ assumptis.*

ARTICVLVS I.

*Utrum persona diuina conueniat assu-
mere naturam creatam?*

R

ESPONDET affirmatiue. Quod est
de fide ut patet ex dictis quæst. præce-
denti. Ratio est quod persona diuina
sit principium effectuum actionis, sit
etiam

Isa. 16. &
45.

155.

Obiectio.

Resp.

156.

Varijs mo-
dis dici po-
test hæc
vnio natu-
ralis.

Gratia ha-
bitutalis etiã
alio modo
naturalis.
157.